



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Concor=||dia Discors,|| Sive || Qverimonia Catholicae
Christi || Iesu Ecclesiae**

Lindt, Willem van der

Coloniae, 1583

VD16 L 1926

Sereniss[ime] D. Eta Deo Coronato Radhvlpho II. Avstriaco, Regi
Romanorum, Imperatori Germaniarum, salutem, atq[ue], perpetuum, & id
celere, auxilium à Christo Iesu, V Vilhelmus Damasi Lindanus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34269

3
SERENISS.

D. ETA DEO CO

RONATO RAD. HVLPHO

II. AVSTRIACO, REGI ROMA-

norum, & Imperatori Germaniarum, salutem,

atq; perpetuum, & id celere, auxilium à

Christo Iesu, V Vilhelmus Da-

masi Lindanus.



Vod olim Dei spiritus, Serenissime D. Imperator, aduersus infestissimos populi Dei hostes in D. Esaia non sine a. *Esaie 8.*

cri Sarcasmo clamitabat, Inite consiliū, & non stabit! loquimini verbum, & non erit! quia nobiscum deus: hoc ipsum & hoc tempore in novos istos nouæ concordia, quam sex aut octo Protestantes & Confessionis Augustanæ Professores non ita pridem iniuerunt, auctores, ab eodem Christi spiritu dici procul dubio est nobis Catholicis accipiendum. Varijs enim artibus, callidisq; ac plane Sinonicis consilijs aliquam nouæ quidem concordia formulam anno superiore 80. sibi instar idoli illius prophetici conflarunt, expolierunt, ornarunt, erexerunt: *Esaie 44.*

A

2

sed

PRÆFATIO IN LIB.

sed quimale conciliata & non coherentia, immo emarcida, vereq; cariota idoli huius penitus intueatur viscera, videbit perspicue diu illud stare non posse saluum, quin certo, idq; omnium opinione citius, rimas agat, labascet, dissoluatur, cadat, ruat.

Qui namque vasrum istum paucorum Theologorum syncretismum, seu verius litigiosum bellæ illius Pandoræ pomum vel per transfennam aspicit, videt nullo concordie fædere istos in Religione ac doctrina Christi Euangelica verè discordes animos ita posse ferruminari, nedum vlla consolidari arte, vt non aliquando ea in varias diffluat, immo vltro disiliat & dilabatur adeò ruinas. Sunt illi tanquam illius apud Danielé Regis Babylonicæ stætuæ pedes, testa, ferro, lutoq; coaliti: sed q; vento celi conteruntur, misceantur licet humano semine, arctissimis neccatur affinitatibus, varijsq; stringantur etiam sacro sanctorum fæderum nexibus. Fieri enim nulla vnquam ratione queat, vt perpetuò sibi cohereant, que naturis adeò inter se cõtrarijs pugnât, vtq; tã male ipsos met inter authores facta gratia, quamuis in speciem coaluisse imperitis videatur, firmiter coalescat.

Daniel. 2.

CAP. 2.

Què indubitatum diuini oraculi finè infelicibus protestatibus iã nunc præfagiunt plurima;

CONT. CONCORDIAM

rima; q̄ qui iactatā cōcordiā sub signarūt, Iac. Andreas
 plerique nō tā animi iudicio, quā aut prę- A Eruscator
 cio, precib⁹, pręmio vt hoc facerēt indu- cū Phariseis
 cti sint, pleriq; verò sint minis, exilijs, pro Profelytos va
 scriptionib⁹ territi: Plurimi aliud mente rios conabatur
 versipelli sentirent, aliud discordi ore illi in Concordiæ
 Vulcanio Profelytorū fabro Iac. And. lo nouæ sub signa
 querētur manuq; signarēt. Nota est Til- tionem varijs
 manni Heshusij imaginarij illi⁹ pauculo- Strophis pelli-
 rā mensū Episc. cōtra quosdā suos sym- cere.
 nistas querela, ob variā inter ipsos de do
 ctrina noua sui secundū Luther. Euang.
 dissensionē, adeò vt epistola ad Selnecke-
 rum scribat, se Martino Chēnitio recōci-
 liarinō posse, nisi palinodiam canat.

Sūt & inter Cathedrarios sapiētes istos, cōscriptitios dicā an venalitios Cōcordiæ
 istius Protestatiū approbatores, quos nūc
 palā suę dispudet, immò perdolēter pæni-
 tet subscriptiōis tā repentinę aut incōsul-
 tē: ne dicā extortē atq; violētæ; Sunt qui
 longē aliter sese, quā ibi narratur, sub-
 scripsisse profitentur; Sūt etiā, qui asse-
 runt certis verborū formulis, nō verò, v-
 ti asseritur, simpliciter sese in multa hu-
 ius Concordiæ dogmata consensisse.

Demū non desunt qui vilissimī quęst⁹
 causa aliud animo occultantes, aliud ore
 prophano profitebātur, ne aut coniuato
 ū incurrerent indignationē, aut illorum

*Vide Iohan. Schütz ad Du-
cem Saxon.
Anno 80.
quod plurimi
manu, non me
te signarunt
op^o Concordiæ
noue.*

*Discordiã Pro-
testantium nõ
posse diuini
occultari, quin
in neruam
erumpat.*

*O præclaros
confessionis
Augustanæ*

Tribunorum Iac. Andree atque sociorũ
iffud Idolum in primis machinantium
euitarent expertam dudum Tyrannidẽ;
aut suorum denique principum offen-
sionem. Sicuti quidam inter Confessio-
nistas in magna nostra Babylo ni Ant-
uerpia diuersantes suis literis orbi te-
statum faciunt; quarum exemplar ex va-
rijs Ruremundæ nuper interceptis con-
sequuti legimus. In ijs cum nouo ageba-
tur ministro N. Antuerpiã ex oppido
Saxonie N. in Martinistarum Synagogã
euocando; sed eo adhibito veri Syncre-
tismi pacto, vt silentium interea esset de
Illyricanis, siue Opitianis, aut nescio cu-
ius noui erroris quibusdam dogmatib⁹,
de Peccato originali, & similibus: vt saltẽ
aliqua inter ipsos concordis doctrinæ
umbra imperitis hominibus appareret,
qua suam irreconciliabilem palliare, ac
silencio, eoque ex diserta sacro sancti pa-
cti formula obtegere conantur discordi-
am; quæ in dies sese magis, magisque,
Christo fauente, orbi prodet. Quo e-
nim pacto, precor, eam delitescere diuti-
us patiantur tam funesta inter ipsos vel
Superintendentes odia, plusquam nouer-
calia? ne Vatiniana dicam: quippe cũ in-
ter ipsa istius Confessionis Augustanæ

Columina Calvinistæ non pauci, plures Manichæi, plurimi Pelagiani, & aliorum execrandorum dogmatum Professores, immò, si Christo placet, Iudaicę superstitionis Patroni reperiantur, qui hęc præclarum Superintendentium Evangelicorum locum tenent. Cuius rei testē citabo Conradum Huserum Tigurinū qui suam deplorans sortem (quod fidos veritatis propugnatores despiciunt quidam Germaniæ Satrapæ atque Reguli, Apostatæ Iuliani spiritu ducti) tractatu de Iudæorū imposturis fol. 53. nobilem atque potentem quendam N. tantam, refert, cum Iudæis amicitiam colere, vt non solum grauissima eis committat negotia: sed vnum Iudæorum ad summos suæ ditionis honores euehēs ipsum Superintendentis munere ornarit. Ad te xit eodem fol. 53. tam id esse omnibus manifestum, vt ministro Euangelico demortuo, ille Iudaicus Superintendens (ô infælicissimam Germaniam: quæ à Christomachis Iudæis legem Christi Evangelicam modo discere cogitur!) illi successorem & quęsierit, & inuenerit, & præfecerit. Quod Paradoxum ne cui fabulosum, aut hyperbolicum fortè videatur, præclarum viri nobilis N. Huserus addi-

ministros à Iudæo Superintendente cōstitutos in Germania.

Vide Conradum Huserū de Iudæorum imposturis Basileæ apud Pernam. Fol. 53.

Fol. 54. Euangelium Christi Germaniam nunc discit à Christomachis Iudæis. O mirandum Lutheranorum Euangelium. Fol. 55.

*Heu miserum
Christi Euan-
gelium Iudæis
proditum ad
defendendū
à protestanti-
bus.*

dit testimoniū: qui ex ipso Iudaici huius
Superintēdentis ore verba dicti illius mā-
dati Iudæo dati, ipse audierit, q̄ ille mira-
tus, n̄ id scitum est, inquit, Quales sunt
Principes, tales esse solere ciues.

Super hæc omnia illud pijs Dei filijs in-
dubitato esse argumēto pōt, discordē istā
Protestantiū concordia v̄t v̄t personatā
nullo negotio, nullaq; adhibita humanæ
prudentiæ machina dissolutū iri, variasq;
in sectas vltro breui prorup̄sira, qd̄ pri-
maria Cōfessionis Augustanę mēbra plu-
rima istā nouā anni 80. concordia nolue-
rūt suscipere, aut approbare, nedū suis po-
pulis docendā præscribere. Neq; enim ap-
probare eam voluit Augustana respub. à
qua, quia à Christo Iesu nō potest, nomē
ista præclara gerit Cōfessio, sicut nec No-
rinbergen. nec Spiren. nec V Vormatien.
nec alia Protestantiū loci haud postremi
mēbra, quę licet iam pridē huius Confes-
sionis professione adeò ambitiose gloriē-
tur: plurimos tamen ipsorū Augustanę
Confessionis toties variatæ atq; liquidò
adulteratæ iam diu pertæsum est. Sic nec
Landtgravius Hassiæ, cuius Pater nō mi-
nima eius conficiendæ pars fuit, immo ip-
se cū Ill. D. Iulio Brunsvuicen. istius con-
cordiæ conciliandæ author haud postre-

mus,

*Vide præfat
Simonis Pau-
li D. & Su-
perintēdentis
Rost. To. 2.*

mus, nec Ioh. Casimirus Palatinus dux; cuius maiores illi in lucē tandē extrahēdæ, ringentibus alijs Euangelij noui socijs, sunt obstetricati haud mediocriter. Illos taceo qui ex professo quorundā ordinū Augustanæ Confess. nomine contra personatam istā non Lutheranorū sed Bren-tianorum Concordiā libros in lucē emiserunt. Quenam verò dissidij & capitalis isti⁹ inter Protestantes discordiæ fuerint causæ, tametsi nondum vulgo liquet; qui tamē istam intuentur Protestantium aliquot ordinū concordiā, iustas dissensionis causas ipsis non defuisse videt; quas an nos accu tetigerimus, aliorum esto iudicium.

Procul dubio autem impijs istis contra inuictas dei Sabaoth phalangas cōmilitonibus tandē eueniet quod olim impię ipsorum matri Aegypto varijs adeò Idolis (q̄ nostratiū Hēreseon fuere prototypa) infano cultu deditissimæ olim iusto dei iudicio accidit. Concurre facia (inquit De⁹ apud Esai. 19. c.) Aegyptios aduers⁹ *Esa. 19.* Aegyptios, & pugnabit vir cōtra fratrem, Ciuitas aduers⁹ Ciuitatē. Quā istud absit eis lōgè, perspicuè magis, q̄ nos, vidēt, q̄ ipsis viciniore agūt. Certe ex subsignatorū querelisiā nūc orbē quiritatu pudēdo implentibus obscurū prudētibus esse ne-

A 5 queat,

*Concordiam
nouam prote
stantium esse
perpetuam inter
ipsoſ discordiae
seminarium,
ſcribit David
Chytraeus li-
cet ſua ipſam
ſignarit ma-
nu.*

*Praefat.
2. Tom. Cōcio
num Ger.
anno 77.*

Iudicum 4.

queat, ecquid tandem personata iſta Cō-
cordia nobis ſit paritura. David Chy-
traeus & ſi cōcordiæ iſti inter Profefſores
Theologiæ Meckelburgen, ſua ſubſcri-
pſerit, fol. 344. manu, amico cuidam N.
tamen ſcribit, iſtud nouæ concordiae o-
pus ſeſe habere pro perpetuæ diſſenſio-
nis ſeminario.

In eandem ſententiam & Simon Pau-
li D. & Superintendens Roſtokienſis de-
plorat concionibus ſuis anno 77. editio
Concordiam & Conſtantiam uſque ad
Lutheri mortem inter Proteſtantes cō-
ſeruata: ſed eandem vna cū eo mortuo in
cælū ſimul adiſſe; ſi tamē Chriſto placet:
cuius ſponſam contaminauit, ſtuprauit;
violauit, cuius tunicam, vt incōſutilem,
ita indiuiduam dilacerauit, diſſcidit, pro-
phanauit.

Hanc autē diſcipulorū Lutheri concor-
diam varijs controuerſiarum 7. aut 8.
maximè illius Vbiquitatis capitibus de-
monſtrat dictus ille Simon inter ipſos
non modò miſerrimè dilaniatam; ſed o-
mni prorfus pacto irreconciliabilem.

Sane illud prophetidis Debboræ hic lo-
cum inueniat, Diuiſo contra ſe Ruben,
magnanimorum reperta eſt contentio,
Si enim vel tuo in errore fuiſſet vera de

Apo-

Apostolico Christi Euangelio concordia, non orta esset beluina & feralis, atq; verè funesta isthæc, inter ipsos Euangeli-^{Psal. 67.}
cos, si Christo placet, discordia: quia tot ^{Actor. 4.}
illam hodie scriptis hostiliter oppugnât.
quod mirum non videbitur ijs, qui eos
à Concordiæ Magistro, Christi spiritu a-
nimaduertunt alienos. Hic enim vnani-
mes, immo vnus cordis & spiritus, v-
nius fidei & doctrinæ facit vniuersos
Christi discipulos, quemadmodum D.
Lucas iuxta D. Dauidis prophetiam a-
ctis testatur Apostolicis. Verum diuiso,
vti nostra cantillat Prophetissa, contra
se Ruben, quando infælices illi primoge-
niti, siue nobiliores dissidiorum istorû
authoris proles, impellente discordiæ
spiritu cõtra se diuiduntur, & in funesta
schismata scinduntur, oritur magnani-
morum, spirituque elatiore tumentium
contentio; qua varias in partes distrahû-
tur; sicut tristi admodum exemplo miser-
rimam per Germaniam nostram vide-
re est.

Nunc enim si populos Germaniæ qs ^{CAP. 3.}
non dissimulanter consideret, illud Pro-^{Oze. 10.}
phetæ agnoscet verissimum, vinea frõ-
dosa, sine frugiferis propaginibus præcla-
ra Israel, fructus adæquatus est ei: quæ
olim

olim plurimos botros Deo attulit; & vuarum fæcunditas ramorum magnitudinem coæquauit. Nulla enim orbis Christiani regio aut templorum magnificentia, aut sacerdotiorum opulentia, aut deniq; monasteriorum regio ædificio cultissimorum frequentia illam superauit.

Pseudo Prophetis vet. Testa. nostrates præfigurabantur: quorū etiam nomina rebus, vocabulis, & facinoribus præferunt.

Sed posteri verè Auorum suorū pietatis obliti secundum multitudinē fructuum suorum sibi noua quisq; multiplicarunt altaria, iuxta vbertatem terræ sue exuberarunt simulachris, siue nouorum dogmatū Idolis; quæ nunc immēso, valde eheu nos miseros! numero, eoq; in dies magis ac magis vario miserrimā passim occupant Germaniā. hæc autem eo potissimū nomine est miserior, quod vel ipsi inter se suo de nouo quisque Euangelio ambitiosissimè contēdentes non vnū noui erroris altare contra altare studio erigunt sacrilego, sed tot sibi noui isti Amatiæ, Assures, Hananiæ atq; Phassures cū toto Pseudo Prophetarū examine cudūt, quot ad miserū infelicissimi populi Germanici auribus prurientis & sibi placētia audire cupientis exitiū opinātur, p̄ futura.

CAP. 4.

Istud si cuiquam videatur fortassis paradoxum, meminerit non paucos inter eos reperiri magistros mihi notos, qui nō

tan-

CONT. CONCORDIAM

tantum carnalibus populi mirum in modum varijs affectibus, immo insanis cupiditatibus suam accommodant doctrinam, si Christo placet, Euangelicam, Heri Lutheranam, hodie Suenckfeldianam aut Illyricanam, aut Caluinisticam, Cras Anabaptisticam, postridie Libertinam, siue domus amoris: sed quos suos etiam interrogare, idque pro concione, non pudet discipulos, eam quam sibi tandem optent tradi Euangelij doctrinam? Lutherine, an Caluini, an potius noui alicuius magis, quod ipsi aiunt, reformati, aut purioris Euangelistae aliam: Ceterum quidnam isti populo bis misero suis cum infelicissimis sectarum noxiarum Magistris impedeat periculi, Propheta idem subterit, Diuisum est cor eorum, ideo interibunt! Quia doctrinarum diuersitas sua sese liquidum necat pugna, cum una sit dei Religio, & una Christi fides, sicuti & vnus deus, vna Christi Ecclesia. Hoc igitur fiet eis, inquit diuinus Propheta, quia deus ipse confringet simulachra eorum, uti & olim Christo exosorum Arianorum & Nestorianorum, & Monothelitarum, Acephalorum, Pelagianorum & Berengarianorum; ut infinitas alias obscuri nominis omittamus quisquillas, quae sibi suo quisque male sano de cerebro confinxere. Adhuc depopulabitur aras eorum, *D. Hiero. Co. in Prophet.* quas nouorum errorum titulis sibi sacrilega

Psalm. 48.

erexere audacia : quas singuli suis appell-
lant nominibus, vocantes nomina sua su-
per terras suas ; vt nequaquam Christi
Ecclesiæ, sed Lutheri, vel Caluini vel O-
fiandri, vel Opicij, vel Illirici, vel deni-
que Mennonis, anabaptistæ dicantur.

C. AP. 5.

Hanc dei promissionem homo verè
Christi domini cultor, qui reuerenter, vt
dei verbo congruit, & certa fide ac debi-
ta intuetur animi vigilantia, is adeò non
potest de tollendis istis atq; nemel abolē-
dis Religionis perturbatæ dissidijs despe-
rare (quod ignaui quidã suo persuasum
habent animo, molli quidem illi, ac semi-
uiri & verè muliebri) vt firmam mente
concipiat in Deum fiduciam, si legitima
vigilantius adhibeatur cura, diligensque

Apocal. 13.

pauetur opera, istas Apocalypticas, im-
mo infernales Sathanicæ impietatis ne-
bulas vltro euanturas, & suos in fumos,
cito citius abituras. Qui enim noue hæc
nouatę haud ita pridem apud Germanos
Religionis dogmata intus, & in cute pro-
bè satis habet perspecta, videt liquidò ea
plus habere fumi, quàm ignis, plus nuga-
rum, stropharum, sophismatum atque
calumniarum, quam solidorum argumē-
torum vel in speciem probabilium, mo-
dò ad indubitatum illum Lydium lapi-
dem

dem dei verbum ab Apostolis & Prophetis initiò Christianis traditum examinentur, candidoq; veri studio accuratius expendantur.

Non desunt tamen quidam sapientiæ *CAP. 6.*
 suæ carnalis opinione apud homines nō
 obscuri, variæque scientiæ istius seculi
 typho haud parum tumidi, qui & sibi, &
 alijs persuasum cupiunt, nihil admodum
 magnum contra grassantes hoc seculi
 Hereses agendum; nihil moliendum vl-
 terius; nihil amplius pugnandum; quòd
 nebulæ in morem, inquit, ad Lucis
 splendorem vltro euanescant; quòd sua
 sese pugna ipse conficiant, quòd denique
 sua inconstantia & collidente, immo eli-
 dente a systatorum natura diu nequeant
 consistere, nedū florere. Si quidē satis su-
 perque in Concilio Tridentino iacere
 iugulatas. Tales Consiliarios vere Mē-
 phitico Aegyptiorum ludo natos; in-
 faustaque tenebrarum istius seculi scho-
 la eruditos vbi mecum recogito, videor
 mihi ipsorum consilia puerilibus ratiun-
 culis agnoscere non valde dissimilia, qui-
 bus quis frugi ac peruigili patrifamilias
 persuadere conetur non esse euellenda
 Lolia, non extirpanda Zizania, steriles
 non aueruncandas auenas; quòd sua in-
 ter

ter

ter se pugna sese mutuò conficiant, & vnum alterum sua quoque vi obtundat, pondere suffocet, aut mole tandem opprimat. Hoc quidem aliquando euenit: sed nisi certa cum almi tritici iactura, & indubio sementis bonæ detrimento non leuiter penitendo, ne dicam ineuitabili agri vberis interitu, & calamitosa stertentis agricolæ pernicie. Illa quidem infælicia hortorum lolia, aut agrorum Zizania sese aliquando enecant: sed non nisi vbi almum illud oppresserint, immo suffocarint triticum.

Sic & execrandis istis accidit nefandarum Hæreseon Zizanijs. Enecabant sese quidem Arrhiani varia in arrogantium mentium venena dissecti: sed Catholicam intereà vexabant, immò opprimebant doctrinam, & Christianam abolebant passim per Græciam & Hispanias Religionem. Sic & Arrhianismum oppressit post Nestorianismus per Orientem; sed certo Religionis Christianæ interitu, vt totam per Turciam, & perfidem totâ, nunc nunc annis mille perdolenter videmus.

CAP. 7.

Singulis istis Zizaniorum generibus vt ex orientibus fuit initio summa nostrorum patrum vigilantia per quam studio

di-

diosè occursum: ita nō infæliciter contra
 ea fuit pugnatum; non corporalibus qui-
 dem illis armis et secularibus: sed spiritua-
 libus & Ecclesiasticis. Norant enim DD *Actor. 158*
 Apostolos simili ratione ortis Sathanæ
 inuidi æmulatione, hostis que implacabi-
 lis persecutione infestissima in doctri-
 na Christiana dissidijs à spiritu S. doctos
 salutariter occurriffe. Illorum igitur ve-
 stigijs viri prudentiss. ac filij verè religio-
 si postea insistentes ad Synodos Ecclesia-
 sticas (quæ non minus tuendæ, immò
 vindicandæ, quàm conseruandæ Religi-
 onis Christianæ indubia, & adeò singu-
 laria sunt remedia & tela verissima) si-
 bi confugiendum putarunt: vnde ceu ex
 cælesti quodam oraculo, veroq; illo pro-
 pitatorio Cherubicis spiritib⁹ instructo,
 cælestē quoq; haurirēt, statuerēt, cōfirma-
 rēt Religionis Christianæ veritatē. Exor-
 to enim Photino & Paulo Samosateno
 doctissimis quidē illis viris, sed humana
 philosophiā prætumidis; licet Imperato-
 res orbis Rom. essent adhuc Christo ad- *An. 160.*
 uersarij: Patres tamē Synodo Antiochena
 infælix illorum lolium eradicarunt. Sic
 repullulante inter nouitios Christianos
 Iudaismo, Apostolorum opera pridem *An. 240.*
 sepulto, quāta diligentia & Victor Rom.

B

&

ANNO 324.

*Vide Lit. Cō-
stantini A. ad
suos Praefe-
ctos Praetorio
de mittendis
Episcopis ad
Synodū Nicæ-
nam.*

& Episcopi Orientales suas coegerē Syn-
odos? Motu illo Tragico apud Asiam
exorto de rebaptisandis Hæreticis, quã-
to studio Stephanus Rom. & Cyprianus
sua peregere cōcilia? ad idem remedium
Constantinus Aug. D. Syluestri & piorū
aliorum suggestione in extinguēdo illo
Incredibili Arrhianismi, quo penè totus
conflagrauit orbis Christianus, incendio
sibi confugiendum putauit: sed lege qua-
si sumtuaria vsus Episcopos toto ferè
Christiano euocauit orbe, vno tantum
presbytero, vno diacono, & ministro
vno instructos ad magnam illam ac ve-
rè Euangelicam & Apostolicam Synodū
Nicenam primam, toto amplius triennio
duraturam.

o Eidem pestilentia Arianae diri in mo-
dum contagij vniuersum postea depascē-
ti terrarum orbem, simili fuit ratione i-
tum obuiam. Synodis enim plurimis per
Orientem, Antiochia, Alexandria, Ty-
ri, Ierosolymæ; per Occidentem Romæ;
atq; per Gallias varijs per meridiem, To-
leti, & alibi à Christi gregibus fuit de-
pulsæ, suumque in baratrum profligata,
vt et per Coloniensem lupus ille Archie-
piscopus Eufratas à DD. Seuerino Colo-
niens. & Seruatio meo Tongrens. fuit cō-

ui-

uictus, degradatus, & in Laicorū vt ordi-
 nē, ita cōmunionē redact⁹. Vbi Sathanas
 Orientē suos per Arios, Macedonios, Eu-
 nomios, et Eutyctetas diuexasset, Catho-
 licā cribrare Ecclesiā conatus, in Occidē-
 tē pari furore inflāmat⁹, sed callidiore
 organo Gallicano vsus suū Pelagiū Bri-
 tonē sibi exuscitauit, cuius opera ita stu-
 dit bonam illam sementem Christianæ
 gratiæ, diuiniq; auxiliij degenere suo lo-
 lio inspergere, vt vel nondū satis, pro do-
 lor! videatur extirpatum. Sed qua vigilā-
 tia, Deus bone! isti fuit occursum per
 Synodos nouæ pestis incendio? per Ita-
 liam Romæ à D. Innocentio, per Afri-
 cam Carthagini, & Mileuitæ, per Pale-
 stinam Tyri; per Galliam Aurasiaci at-
 que alibi. Cathari per Germaniam cū
 Hypocriticę pietatis speciē admodū inua-
 lescerent, indicta Frácfordiæ Synodo no-
 ster Carolus magnus eā ita stirpit⁹ eradi-
 cavit, vt nihil præter nomē hodie apud
 nos exstet. Ab ijs. n. etiam nū Hæreticorū
 genus omne *Kethers* appellamus, mutato
 nō nihil nostra dialecto *katharos* nomi-
 ne; quo generali in oēs Germani vtimur
 erraticorū in fide hominū species. Sicut et
 hoc seculo Itali & Hispani vno Lutherā-
 norum nomine innumeras Aquilonariū

katharos,
Kethers, cui⁹
Germani voc-
amus omne
genus hæretic-
orum.

Regionum significant Hæreses, quæ passim illic hydræ in modum aut oriuntur, aut grassantur.

Fol 10.
cap 7.

Ante annos circiter trecentos quinquaginta pijs deplorata videbatur nostra Germania temporibus Frederichi I I. Aug. cum pullulantibus hic illic impiæ doctrinæ stolonibus nefaria Hæresis Simoniacorum subinde totum ferè inundans orbem; & contagiosa Concubinariorum scabies totam passim Germaniæ ceu ærugo quædam ægyptiaca dominico agro noxia occuparent, Honorius I I I. misso Episcopo Card. Cœnrado per Cōcilium Germanicum anno 1225. carcinomatibus illis contagiosis, pestibusque noxijs haud infelicitè eā repurgare aggrediebatur. Siquidem Statuto Concilij huius Germanici mādauit omnibus per Germaniam Archiepiscopis, Episcopis, Archipresbyteris, & Abbatibus, vt decreta studiose obseruarent, ac quotannis apud suos quisque renouaret; quò vigili præsidentium custodia grex dominicus pijs Clericorum exemplis ad verū Christianæ Religionis cultum reuocaretur. Et quidem cum maior atque acerbior quædam cœlestis iræ ob dissolutissimos tã populi, quam Cleri mores timor pius

maior

maiorum animos inuasisset, & ex indubitatis diuini furoris cum Noordtmanorum, tū Hunnorum, denique & Saracenorū flagellis patriæ dulcissimæ Germaniæ ac Galliæ ruina impendere videretur, habita est anno 935. illa magna & vniuersalis sub Henrico I. Synodus Erfurdensis, seu, vt in antiquissimo qui apud nos est codice vetus habet inscriptio Erpesfordensis; in quo Canones etiam eius Synod. sunt pauci illi quidem, sed arguti, in quibus agitur de non simulata populi Christiani atque Clericorum castigatione. Si quidem Cano. 4. Clericorum mores purgat, & vitæ infamiam studet per Germaniã abolere. Certe in Concilio Maguntino anno 888. post atrocissimam Ecclesiæ Germanicæ vastationē habito deplorant pij illi Germaniæ Pastores, tam longo temporum lapsu nec generali, nec prouinciali Synodo conuentum fuisse, vt dignum aliquid & necessarium Ecclesiæ, abusibus tunc Clericorū adeò afflictissimæ mutuis collationū sermonibus conferrent. Rursus anno 895. in Synodo Meldensænam illam Ecclesiæ Germanicæ per crudelissimas Nordtmānorum incursiones perturbationem pij Patres vni huic Synodorum neglectui

Anno 935.
Synodus vniuersalis habitata in Germania Erpesfordie.

Anno 888.
Concilia generalia per Germaniam olim habita.

Anno 895.

*Concilio Mel
den.
Cano. 1.*

asscribunt. Ideoque ante nostra tempo-
ra, inquit, pacem Christiani habuerunt,
quia sapius in Christi nomine conueniē-
tes iustitiam dei statuerunt. Quarendam
ergo in Synodo Christi pietatem docent,
qua Pagani arceantur: & statuendam esse
legem dei: sic enim misericordiam dei
poterimus inuenire, quem nos cogno-
scimus prauis actibus grauius offendisse.

Cap. 8.

Igitur si & nunc Religionē Christia-
nam in Germania, immo si *Rempubl. &*
Rom. Imperium, Sereniss. D. Imperator,
cupimus saluum, ad Synodos redeundū
est Ecclesiasticas. Nam saluberrimus iste
Synodorum vsus cum ex superioribus
liqueat, ecquis sana, obsecro, mente infi-
ciando fuerit grassantibus nunc miseram
nostram per Germaniam heresibus salu-
tariter illarum ope simul & opera iri ob-
uiā posse? quod procul dubio sic fiet, si
antiquo ritu habeantur, & paucula ritē ce-
lebrandarum Synodorū initiō tollantur
impedimēta, nimirū si sumtus immodic⁹
illi sua cum aulica eliminantur pompa; &
iusta serie tandem exsequutionis adsint
à Principibus catholicis auxilia. Sumtus
nunc temporis Germanicus Imperij in
comitijs, aut Principum conuentibus
impendi solitus bonorum plurimorum
est

est impedimentum, ne grauissimorum vitiorum dicam irritamentum. Nisi enim lata veluti lege sumtuaria moderatio adhibeatur Canonica, fieri plane necesse vt plurimi ad Synodū euocādi Episcopi, Abbates, doctores, & Clerici, aut nō cōueniant, aut diu persistere nō valeant.

Qui pompa autem aulica instructos sentiunt venire ad Synodos oportere, ad tuendum vt inquit, ordinis ecclesiastici splendorem, nescio quem; ad nuptias, vel Germanica symposia, opinor, eos volunt isti sopheri, verique dypnosophiste conuenire; non ad instaurandā Christianæ modestiæ, sobrietatis, & omnis veræ pietatis disciplinam. Qui sane vnicus eis debet esse propositus scop⁹; quem nō facilius meo quidē iudicio, quā frugalis mensæ atq; modestę familiæ exemplo assequatur. neq; enim dignitatis Ecclesiasticę authoritatem Spiritus sanctus iubet molli, delicato, & sericato ambire vestitu; neque etiam fastuoso famulatio, nedum aut mensæ Regiæ splendore: sed fide ait Cano 15. Cathagien. Conc. 4 & vitę meritis Episcopi eam quærāt. Esset igitur ca uendum ne quis Ecclesiasticorū illic ministros supra sex, aut summū, octo alat; q̄ verò vitam profitentur monasticam, ne

supra tres aut quatuor. Canonica enim hac animi Christiani humilitate ac modestia Evangelica rem deo gratam exorsis diuinus procul dubio aderit spiritus; qui sanandæ, atque ad Catholicam illius fidei Christianæ vnitatem reducendæ Germaniæ salubria de priscis illis Patrum nostrorū Canonibus nō poterit & nunc vti olim sepius, non suggerere consilia, & remedia præscribere nobis verè salutaria.

CAP. 9.

Sic enim per Germaniam olim suas tēpore Caroli magni, Ludeuici pij, & aliorum deo dilectiss. Augustorum, adhibito triduo ieiunio, & nudipedalibus, assiduisque precibus pij maiores nostri fæliciter exordiebatur Synodos: quibus & Idololatria fuit per Germanias passim funditus sublata; & repullulantes haud infrequenter Hæreses stirpitus euulsæ: Quantum humanæ laudis ad immortalitatem, & diuinæ mercedis ad beatitudinē illi Augusti (vt exteros nunc silentio trāseam) hac vna ex re sint consequuti, Serenissimæ V. Maiestati notius est, quàm vt vel vno verbulo sit commemorandum.

Proinde huius laudatissimæ rei exēplo tanquā calcaribus instigatus, illis maiorum

iorum

iorū tuorū vestigijs insiste Imperator, ac
 per eadem remedia Germaniæ tuæ suc-
 curre, vt quæ tot ac tam miseris est hu-
 manæ doctrinæ sectis crudeliter dissecta,
 diriter dilaniata, atrociter diuulsa, imma-
 niter funestis quorundam dentibus ex-
 carnificata, tandem almæ suæ restituatur
 concordie, quam nobis Christus D. hinc
 ad patrem nostrum cælestem rediturus,
 est imprecatus, immò largitus, pacem, in-
 quit relinquo vobis, pacem meam do vo-
 bis. hanc qui aut saluam contra infestos
 Concordiæ Christianæ osores conserua-
 res; aut ab improbis & temerarijs sacrile-
 gè violatam instaurare; aut denique im-
 piorum scelere flagitiosissimo exfulantē
 quasi postliminio student reuocare, illa
 procul dubio digni habebuntur beatitu-
 dine quā doctrina nobis pollicetur Eu-
 angelica; Beati pacifici quoniam filij dei
 vocabuntur. Huius verò beatæ merce-
 dis spe quantum laborarint in cogendis
 Episcoporum synodis B. memoriæ Pa-
 truus Carolus V. AVG. Auus Ferdinan-
 dus. August. & Sigismundus A. magnus
 auus, (vt nunc silentio tegam Constanti-
 num, Theodosium, Marcianū, Leonem,
 Carolum, Ludeuicum & alios pios
 Ecclesiasticæ concordie patronos) lon-
 gum

gum foret hic commemorare.

CAP. 10.

Eorum æmulatione, sed præpostera, nuper instigati principes quidam Protestantium Confessionis Augustanæ nomine infæliciter gloriantes (quæ Christi fides esse nequit, quæ nõ à Christo, sed à loco, aut homine nomen gerit) cum perspicuè viderent non posse nouam suæ semichristianæ Confessionis Augustanæ doctrinã diutius stare saluam; nisi aliqua Cõcordiæ inter coniuratos eiusdem Confessionis socios, qui varijs sese ipsi & pugnantibus inter se de Christi Do. fide opinionibus conficerent, ratio quædã imaginaria saltẽ syncretismi specie iniretur. quid tandem effecerint, annus superior 80. declarauit: qui nobile illud, præclaræ istius Cõcordiæ Protestantium aliquot Germanorum nobis opus peperit. Hoc autẽ quale sit habendũ, et an suo respõdeat nomini, inferius declarabitur aptius. Istorum exemplo non excitatur modo ad similitẽ inter Catholicos aliquã conficiendã concordia, equidẽ ambigo an Christiani viri nomine dignus censeatur. Concordia autẽ dico non doctrinẽ, quã vt verissimã & à maioribus quasi per manus traditam constãter retinemus Catholici, ita de illa ipsa examus si illa euãgelica inter nos probe & quã opti-

optime cōuenit: Sed quā dico, & instaure
ri desidero, Canonica est in vita & mori-
bus cōcordia seu harmonia verius, vt Ec-
clesiastici cū primis secundū suā quisq; cō-
gruenter viuāt regulā, quā aut Clericus
suā aditur^o prēbendā Canonica est polli-
citus; aut monachus Regularē suā suscipi-
ens vitā est sacro. sanctē professus. A quo
vitę genere, heu dolor! heu pudor! quan-
topere ad vnū ferē omnes degeneraueri-
mus, quis Ieremias idoneis lugeat gemiti-
bus, & suspiriosis defleat lachrimis? Verū
his, sicuti nec pijs votis, quia non profici-
tur satis, (sua licet illis apud deū merces
salua maneat) manus tandē admouenda
est operi, à quo si cessent diutius, quibus
hoc pręcipuē incūbit diuino iussu officij,
equidē non video quanā ratione pijs per-
suadeant sese Christum deum timere iu-
dicē seueriter adeò lūenq; pro fun-
ctione ad illam sui vt solemnis, ita horri-
bilis iuramenti formulam dijudicaturū.

Ea verò qualis hoc tempore sit, equi-
dem per istos Belgicos tumultus non-
dum satis cognoscere potui. Exstat a-
pud Trithemium bonum & fidelem, li-
cēt recentiore scriptorem formula, *Vide Chroni-*
quam Aquis-Grani siue ad Palatium *cō Ab. Tri-*
Aquis Ardenæ; vt olim loquebatur *the.*

vetu-

vetustas, præstare solent Rom. Imperatores.

Vetus Casarei iuramenti formula pro Ecclesie auxilio contra omnes Christi hostes tam Clericos. quã Barbaros.

Arn-hulphus fidum quasi Equilæ auxilium.

Accipe hunc gladium, (ait inter alia Archiepiscopus consecrans,) in quo deicias omnes Christi aduersarios, Barbaros, & malos Christianos, tibi auctoritate diuina traditum. Huius sui iuramenti excellenter memor Arn-hulphus pius Imperator suã operam Romanis Episcopis in Concilio Triburiensi perbenignè admodum ad extirpandam Hæreseos radicem, ad tollendam schismatis occasionem, ad corrigenda Clericorum vitia obtulit. Quos his verbis ille heros verè Christianus & pro sui nominis etymo Arn-hulphus fido quasi Aquilæ auxilio pheronymus legitur affatus. O Pastores Ecclesiarum, inquit, clarissima lumina mundi, agite quæ vobis imposita est, curam pastorem, vt vigili cura, & admonitione sedula oues Christi ad caulas æternæ vitæ introducere mereamini. habeatis me omnibus Ecclesie Christi aduersantibus & vestro sacerdotali ministerio renitentibus oppositissimum bellatorem. Quoniam autem victoriarum contra Noordtmannos successu hic pius Rex & alij A A. istud iuramentum sint legitime varijs in afflictissimæ Christi Ecclesie re-

pelsta-

pestatibus, & calamitosis tetrici sui exsiliij quasi Epitafibus, ne dicam lethalibus propè paroxismissis exsequuti, Ecclesiasticè loquuntur Historiæ, Serenissimæ V. Cæsareæ Maiest. quod audio gaudens, nō ignotæ.

At dicent quidam, aliorum istud potius esse qui primas gubernandæ christi Ecclesiæ tenent partes. Equidem non inficior, sed illis alia curantibus (de quibus hic non est dicendum, aut quiritandum, Domino enim suo stant, aut cadunt) videndum est pijs Principibus quidnā suo pro munere, ne dicam iuramento sacrosancto & ipsi conseruandæ Do. Christi Iesu debeant Ecclesiæ. Si pijs Damasis, aut Zelosis Leonibus digna esset nostra degener ætas, non in dies modò facta vitiosior, sed salubrium remediorum etiā contemtrix proteruior, & aspernatrix præfractior, alias adhiberent nostris deploratis propemodum rebus vtilium fomentum & Canonicorum pharmacorum doses & catapotia verè salutaria: Verum nunc, eheu dolor! languentibus ijs, quorum erat ista vltro procurare, atque apud alios incunctanter, indefessè, adeoque indefinenter vrgere, ad reliqua confugiendum pijs videtur remedia; quæ D.
Deus

30 PRAEFATIO IN LIB.

Deus olim collapsis fessisque rebus erigēdis, atq; pristinū in statū salutariter instaurandis adhibere fuit dignatus. Dormientibus olim, cessantibus, aut rem potius suā, quā Christi satagentibus, nauiculę Christi varijs Hereleon turbinibus iactatę, atq; horrendis abusuū fluctibus tantū nō oppressę gubernatoribus, pij Principes & sua putantes interesse, ne Respubl. quid detrimēti caperet, suo nō defuere officio Christiano, Clericos suo regno subditos ad suas quemq; functiones Canonicas reuocātes, aut verius, si quis malit exstimulātes. Quid olim, pij apud priscā Ecclesiā fecerint Reges, nolo nūc diffusius persequi: Nota est D. Iosaphat, Ezech. Iosifę atq; Machabæorū pia prudentia simul & religiosa tuendę, immo vindicandę Reipubl. diuinęq; cultus industria. Magis oculos libet nūc ad proavos vestros, Serenissime D. Imperator, conuertere, illorumque pia, vereque Christiana exempla imitanda, immo seriō ac sedulō æmulanda proponere.

Carolus ille Magnus super Ecclesiarum statu & Cleri reformatione Synodos plus minus 10. aut 12. suam per Galliam iussit cogi. Pius eius filius Ludovicus pijs sui Patris insistens vestigijs

no

nostram per Germaniam simul & Galliam Synodos, vt diligentiores quidam numerant, fere totidem suis iussit ab Episcopis & Abbatibus celebrari: quarum decreta forent à Ro. Pontifice probanda & confirmanda.

Si hoc sibi faciendum putarunt illi eximia in Christi Religionē pietate Principes, cum res esset loco longè meliori, & interneciua Hæreseon grassantium pericula indubiam nondum minarētur tam Reipubl. quam Religioni ruinam; Ecquid hoc miserrimo Germaniarum statu, obsecro, faciendum pij censeant Principes, quādo eius capitibus quodā veluti stupore illo Prophetico, aut paralyfi aut potius Appoplexia spiritali laborātibus, immo veluti (modò liceat dicere quod suadet totius corporis conseruandi, aut sanandi bona valetudo) hectica feбри languentibus, alia non videtur superesse sanandi ratio? aut aliud in promptu esse medicamentum? quo fonticis Ecclesiastici corporis, potissimum Clericorum & Monachorum morbis succurratur.

Quid, obsecro, aliud remedij verè salutaris nobis superest saluū, quā quod pios, verosque dei cultores Principes religiosos videmus & olim, & noui populi Dei tēporibus

feli-

Esa. 19.

Zach. 13.

Esa. 42.

Vide doctiss.

Episcopum et

Cardi. Jac. à

Vitriaco super

Euangel. Ego

sum pastor bo-

nus.

CAP. 12.

fæliciter fecisse? nimirum vt suis non desint partibus, quas eis deus suo in regno (quod Catholica est Christi Ecclesia) gerendas imposuit.

Esa. 49.

An non sunt Ecclesiæ patroni, aduocati, & Nutricij? an non piarum fundationum conseruatores? an non paternarum opum in monasteria, & Clericorum Collegia elargitarum vt colatur Deus, & miser Christi grex alatur, vindices? an non denique SS. Canonum, immò vniuersalium Conciliorum exsequutores? neque istud solum est (vti adulatores quidam garrunt improbè, vt sua interim palpent vitia, suosque pijs intolerabiles vltius foueant abusus) de corrigendis, puniendis atque comprimendis Hereticis intelligendum: sed de omni Ecclesiastica disciplina tuenda; quando ea ab ijs, quorù erant primæ partes, aut irreligiose, atque per segniter negligitur; aut incuriose, nedum alijs damnole geritur; aut contra illos manifesta cum Reipubl. iniuria, siue certa populi Dei pernicie peccatur. Nisi enim perditissimis quorundam morib⁹, & inulceratis consuetudinibus, immò execrandæ praxi, quam isti vocant, qua in Ecclesias, si non Anarchia, certè Ataxia inuehitur, immò pestiliter fouetur;

ob-

obuiam tandē eatur, quid aliud toti corpori Ecclesiæ Christianæ foret nobis expectādum, aut verius metuendum, quā vt arbor isthæc int^o carie, pūtre dine, vermicatione, alijsq; fonticis vitijs absunta semel corruat, q̄ corruptis adeò stare nesciens radicib^o, alios sua ruiua certò sit oppressura? Diu enim, teste. D. Chrystomo, Ecclesia stare nequit, vbi Clericorum mores & vita tanquam arboris Ecclesiasticæ radices & substantia sunt à recto & iustitia deformati; SS. Canonibus aduersarij, legibus inimici, & tantum nō toti vitiosi. Hoc igitur casu, qui in nostra (si vnquam alias) per miseram Germaniam infæliciss ma incidit tēpora, pijs quidnam faciendum Principibus? Zelosis dei amatoribus quidnam agendum? An aliud, obsecro, quam Dei spiritus Dauidis ore clamat, Et nūc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram! apprehendite disciplinam! Seruite Domino in timore! ne quando irascatur domin^o; tam alijs Dei leges violantibus, quam vobis, eis aut fauētibus, aut colludentibus, aut dissimulantibus, malaque publ. conuincendo alentibus, aut non castigantib^o; & pereatis de via iusta. Cælestis hæc eruditio & disciplina dei spiritu Regibus

com^o

commendata non aliud est, quam fidei
Euangelicæ cognitio: conseruatio, & de-
fensio. Regū enim est non de fidei Catho-
licæ quest. tractare, aut disputare, nedum
definire: Sed eam à Christi Apostolis eo-
rumq; successorib⁹ traditā pia humiliq;
mente suscipere ac summa reuerētia ex-
colere. Purpura enim & corona nō sacer-
dotem, sed Regē facit, aut Principē. De-
inde vbi fideliter susceperit, sua diligētia,
studio & vigilantia eandē Contra omnes
Religionis hostes sedulo tueri, heroica
virtute atque Dei Zelo defendere, proui-
dē in posteros propagare.

CAP. 13.

De vno illo genere hostium Christi, pu-
ta hæreticis nulla est controuersia. vnde
D. August. contra Donatistas calūniato-
res demonstrat Reges suo ex officio de-
bere armis, legibus, & pēnis eorū contu-
macē pertinaciam reprimere, contunde-
re, castigare ad exemplū Constantini: qui
Arij venenata scripta Thalam & similes
illius impij nugas capitali vetuit suppli-
cio. Theodosius & Gratian⁹ Manichæo-
rū dogmata simili pæna sunt persecuti.
Hoc magis ex heroiarū illorum Macha-
beorū liquet Historia, qui electis aliquot
sine macula (siue ἀμόμους θελητάς νομῶν)
sacerdotibus voluntatem in lege dei ha-
ben-

Vide histor.
Ec. Socratis
¶ LL. Cæ.
far.
1. Mach. 2.
3. ¶ 4.

bentibus, emundarunt Sanctuariū illud
priscum, Deus bone quāto studio! quāto
diuinæ legis amore! quāto deniq; diuini
cultus Zelo verè Prophetico! deinde aris
Idolorū destructis, persecuti sunt & fi-
lios superbix perscrutantes iniquos (siue
ἀνόμοι, legis desertores) & qui conturba-
bant populum Dei, illos ex iudæis exle-
ges & Apostatas, atque mortalium deorū
cultores) igne succendit.

Verum de altero illo hostium Christi
genere, quod pius ille Bernhardus toti-
es lachrimabundus ingeminat, qui intra
Ecclesiā non tam ipsius sunt Parany-
phi & sponsi (quod vel in primis videri
volunt) quā raptores, violatores, stupra-
tores, non nulla videtur quibusdā dubi-
tatio, an & eorū castigatio, dormientibus
ipsorū superioribus, nulla ad pios Reges
pertineat cura? sed ferendū esse illis lice-
re, quod sua cuique pro libidine allibitū
fuerit. Curam aliquam fortè quidam frō-
tis suæ nō oblitī Principib⁹ pijs cōcedent,
nimirū vt cōquerantur, supplicēt, fatagāt
pro auxilio & remedio apud illos, q̄ suo
p̄ gradu Canonica debēt adferre curatio-
nē. Equidē istud nō iuero inficias; immò
ante omnia, esse hac tentandum via; an a-
liquid fortassis tandem impetrari queat

*An Christi ho-
stes habendi,
quorum vitæ
nomen Dei
blasphema-
tur, & Chrī-
stus flagella-
tur teste D.
Augustino.*

efficacioris solito medicationis. Quid enim pro sananda, & ad vnitatem fidei, ac morum reformationem reuocanda Germania sit à pijs non paucis actum, quantum laboratum frustra, sine graui gemitu, suspirijsq; lachrimosis, pij vbiq; omnes recordari non possunt.

Sed hac de quæstione modò agitur, an illis diutius auxilia blandis quidem verbis, & summa bellæ orationis beneuolentia promittentibus, Respub. intèrim vnà cum Religione Catholica in dies magis labefactetur, & periculum sit ne longiore mōra morbi senescentis nostræ in horas Reipubl. tandem fiant fontici, an peccarit Rex pius Gallie, Hispaniæ, Germaniarum, si auxilio sibi diuinitus ostenso, puta Synodis Prouincialibus suo succurrat regno? cuius salus cum primis in fidei Catholicæ consistit vnitatem; quæ grassantibus atrociter adedò Hæresibus, & non repurgatis Clericorum in dies magis fordescantium abusibus intolerandis, certā minatur ruinam?

CAP. 14.

Certè Carolus magnus aliam non est sequutus rationem suæ Galliæ sanandæ, atque ad pristinam & Canonicam verū Christianismi vitam reuocandæ. Eisdem vestigijs insistens filius Ludouycus pius
pluri

plurimas per Germaniam simul & Gal-
 liam celebrandas, ut ostensum est, iussit
 Synodos: quarum exsequutores fecit su-
 os Aulicos Commissarios, literis Chri-
 stiano Principe dignissimis instructos:
 quorum penes nos exemplar est nondū
 in lucem editum. Sic enim Cano. 9. Con-
 cilij Mileuitani ab Ecclesia confirmati
 statutum legitur. Placuit ut non sit ultra,
 inquit Canon, fatigandis fratribus anni-
 uersaria necessitas, sed quoties exegerit
 causa communis, id est totius Aphricæ,
 vndecunque ad hanc sedem pro concilio
 datæ literæ fuerint, congregandam esse
 synodum in ea prouincia, vbi opportu-
 nitas persuaserit. Causæ autem quæ com-
 munes non sunt, in suis prouincijs indi-
 centur. Hunc in modum Græciam mu-
 tuis amentium Hæreticorum bellis tumul-
 tuantē pius Theodosius varijs per Helle-
 spontū & Cappadociā synodis tranquil-
 lant. • Vnde & Nazianz. epist. 55. & 76. *Anno 380.*
 sese Procopio et Olympio præfecto ex-
 cusat cur ab ipso Theodosio A. euoca-
 tus ad Synodum senio impeditus, grauif-
 simisq; morbis afflictus non excurreret.

Eadem ratione pia Irene Augusta cū
 filio Cōstantino Græciam nouo Icono- *An 740.*
 clastarum incendio ardentem secundo

Niceno Concilio studuit extinguere. Sui enim sedulo memores officij coelitus ipsis impositi Gladium Cæsareum sese non ad officium, non ad pompam, non ad tyrannidem à Deo accepisse norant: sed uti est in iuramento Cæsareo Aquis Grani præstari solito, ut eo deicerent omnes Christi aduersarios tam Barbaros, quàm malos Christianos. Indubitatum autem est Christum dominum & blasphemis Hæreticorum erroribus, & malis Clericorum moribus, nedum grauissimis ipsorum scandalis tenellum gregem perniciosè offendentibus flagellari, uti cum Diuo Augustino pij ubique omnes & nunc pro dolor! satis deplorare non possint.

*Flagellant
Christum ma-
li Laici: sed
præcipue ma-
li Canonici
& Monachi.
Vide. Aug.
hom. 2.*

Habes igitur Serenissime Imperator certissimam à vitijs Cleri curandæ; atque ad fidei vnitatem ab hæresibus reuocandæ Germaniæ tuæ rationem: quam procul dubio Sereniss. V. Maiestas simili experietur euentu, Christo fauente, quem illi olim pij maiores simili in Reip. atq; catholica Religione fontica experti sunt calamitate.

Cap. 15.

At obstrepere quosdam mihi audire videor plus iusto meticulosos, differendam esse Germaniæ Synodum, differen-

dam

dam omnino synodum: quòd Episcoporum eius quidam habentur aut malæ fidei, aut vitæ sunt minus probatæ, aut SS. Canonibus, immo dei legibus minus cõsentanæ. Præposteris istis criticis grauißimi huius erroris causa est ignota Synodorum Canoniarum vis longè omnium saluberrima. Quidnam olim Ecclesiam Coloniensem anno 370 illo Blaphemo Euphrata venenis Arij imbuto liberavit? Synodus DD. Seuerini Coloniens., & Seruatij nostri Tongren. cum collegis: quæ ipsum Cleri ordine motum in ordinem redegit Laicorum & Communionis Laicæ pœna damnauit. Quid Episcopos illos Bauaros & Saxonicos venatores, milites raptores, stupratores, homicidas ad frugem olim temporibus Pipini, & Carlomanni reuocauit? Synodus D. Bonifacij Moguntini suis cum collegis. Plura possem huc exempla cumulare; sed paucula hæc illustriora probis, & non morosis, aut refractarijs sunt instar millium. Morosulos verò istos non moramur, qui sacrosanctas synodos suis norunt, ideoque oderunt, aduersari cupiditatibus, tantum non Simoniacis, aut libidinibus pigri sui ventris; quem

plerisque Deum esse, ipforum loquuntur vitæ, mores, colloquia. Qui enim hinc non laborât vitijs, ecquid obsecro sibi à Synodorum saluberrima metuât reformatione?

Sed isti præbendis plurimarum, heu dolor! Ecclesiarum tantum non ad inferos vsque onusti, immò Pharisæorû more incrassati, impinguati, dilatati, ac cælibis vitæ infeliciter passim pertæsi, verentur ne deprehensis suarum Bullarum (quibus contra Canones tot deuorant immò excoriant Ecclesias) fraudibus, quibus Rom. imponunt Pontifici, aut Bullarijs potius egregijs illis artificibus, licet oculatissimis, ad vnum illorum cogatur abire locum, suum facturi officium, propter quod institutum est beneficium.

Donec isti fuci, ignauum pecus, qui ferè præter habitum, idque dum in Ecclesiam obiter discursitant, et pileum, vix pilum vnum Clerici habent, (cùm nec horas Cano. legât, nec officium faciant Ecclesiasticum) tolerantur impunè, atque sine labore dulcissimum illud apicularû Christi mel sinuntur deuorare, potissimum locis tam varijs, & adeò multis, nûquam erit bene Catholicæ Matri nostræ Christi Ecclesiæ.

Tales

*Vide doctiss.
Episcopû &
Cardin. D. Iacobum à Vi-
triano homil.
super Ego sum
pastor bonus,
de istis merce-
narijs & su-
ribus.*

Tales in Ecclesia Christi nō quę Chri-
sti sunt, sed sua quærentes, sanctissimis
piorum votis obstrepunt, atque ad vocē
Concilij Tridentini exequendi tantum
non expallescunt exanimes; haud aliter
atque ad prætoris vocem latro; aut timi-
dus fur suo in *ἀνθρώπων* deprehensus.

Latratu istorum igitur hic contempto
(quia vbi oportet latrare, verè sunt, qđ
ore sui Prophetæ ipsis exprobrat deus,
canes muti) videamus obiter quantum
aduersarij pro sua noua superstitione sta-
bilienda (si fieri Deo irato & inuito que-
at) laborarint. Non hic ea commemo-
rabimus omnia, quæ isti Euangelici per
Galliam, Angliam, Scotiam, Belgium, et
alibi suis funestis conuentibus sunt mo-
liti (Iliade namque maius nasceretur o-
pus) sed ea modò, quæ Protestantes per
Germaniam conati sunt ad aliquam con-
cordiæ speciem (si fieri posset) orbi ex-
hibendam; vt inde pijs liqueat, quàm du-
rum ijs erit in die domini iudicium, qui
vel istorum exemplo non exstimulan-
tur ad omnem inueniendam rationem
qua nostrorum Maiorum auita, eadem-
que Apostolica & Catholica Religio per
Germanias restituatur, reformetur, in-
stauratur. Orto infælici hoc per Lutherū

CAP. 16.

Religionis dissidio, mox eius author discordiæ Magister Sathanas varios in schola Vvittenbergensi, & alibi excitauit magistros: q̄ eodē dissensionis spiritu raptati variantia à Luthero sererent dogmata. Lãdtgrauius Hessiæ igitur liquidò agnoscens nouū suū Euangeliū, quod infelix ad palliandā non Euangelicam sui prioris Matrimonij quasi solutionē sectabatur, non posse dei esse Euangeliū, de quo præclari Saxonici illi Euangelistæ Lutherus Monachus, Carolstadius Archidiaconus, Brentius sacerdos & præpositus, Zuuingli⁹, Cāpanus, Storkius, Istebius, & alij haud infimi in nouo Euāgelio nominis, tam irreconciliabiliter dissentirent. Tentatis igitur varijs conciliandi rationibus, tandē anno 29. Marpurgen. conuocauit synodulū, vbi cum de formula Confessionis Augustanę cōcipiēda laborabatur, varia fuere cōtrouersiarū disputata capita, de peccato origin. de S. Euchariſtia, de baptismo, alijsq; similibus. Verū ille dissensionis artifex ita suos confirmauit in suo quemque dogmate nouo magistros, vt nulla superesset conciliandi spes, immo ita fuit nouella illa Lutheranę doctrinę formula Carolo V. A. breui pōst Aug. proponēda, à Cāpano, alijsq; exagitata,

l. Anno 29.

tata, vt oblatā ab eo publ. illius oppugna-
 tionē Philippus Melanc. & alij semitheo- *2. An. 30.*
 logi subire non auderent. Augustā igi-
 tur vbi cōuenissent isti Euangelici, varijs
 tentatū fuit modis, vt vna omniū nomine
 Cōfessio conciperetur. q̄ ipsum etiā fru-
 strā. Nā Ciuitates 4. Svveicę suā contra
 Lutheranos exhibuerūt Confessionē, &
 Sacramētariorū pseudo Apostolus Vri-
 chus Zvvinglius suā quoq; in lucē abor-
 tiuit: qua se ipsissimum crepitat sonare
 Christi Euangelium. Ex ista Confessi- *Lib. cui titul⁹*
 onū Euangelicarū (vt singuli iactitantes *Subsidium.*
 sibi arrogabant) discordia, cū ipsorū cor-
 datiores, immò fraudulentiores Bucer⁹,
 & alij pudore afficerētur, quòd aliud Eu- *3. An. 33.*
 angeliū doceretur Vvittenbergæ à Lu-
 thero & Melanchthone; aliud Tiguri, a-
 liud Argētinae, aliud à Brentio & Svveui-
 carū Ciuitatū Cōcionatorib⁹; deniq; aliud
 alibi, conabantur aliquā conciliandi fra-
 tres inuenire rationē: sed quā parū profe-
 cerint, res postea declarauit, editis contra
 se mutuò plusquā hostiliter, scriptis mor-
 dacissimis: quibus vnus alteri, immo sin-
 guli omnibus verum abrogare conten-
 debant Euangelium.

Nó tamen nihil effecit Bucerus Vvit- *4. An. 35.*
 tenbergæ. nam ex repetito eius cōgressu
 (vt

4. Anno 35.

Quando Cōfessionis Augustanae coepit Calviniteri.

(vt erat vaferrimo ac iuxtà versipelli ingenio) fœdam vidit orbis sequutam Cōfessionis Augustanae articulo 10. mutationem, immo veram deprauationem de SS. Eucharistia: quæ iam tunc ex illo conuentu cepit Calviniteri, licet Calvinus nondum ex suo rediisset exilio, in quod Gallicanis à Carnifice ornatus humeros lilijs ob nefaria flagitia fuerat suo ab Episcopo Nouiodun. post omnium beneficiorum priuationem proscripius. Verum nec ista tunc per Bucerum inchoata Euangelicorum fratrum concordia prudentibus satis esse potuit; cum personatam tantum atque verbalem, quod a iunt, quandam fucatæ orationis haberet concordiam. Bucerus igitur suo pro nomine (quod Germanis felem, fraudulentum animal sonat) dolosus, solersque fallendi artifex Vvittenbergam sese recipit. Vbi cum Luthero pulchræ prolis tunc patre patrato colloquutus, & ipse lasciuus lasciuæ copulatus Sanctimoniali (ne apostasiam, inquit D. Alb. Pighio hac de re in comitijs Ratispon. percontati exprobraret Monacha monacho) multò plura impetrauit quàm antea; quæ plenior sonarent atq; viuidius quasi spirarent imperitis meram Euangelicorum fra-

fratrum in vna quasi doctrina concordiam.

Anno enim 38. cum Sinonicis Buceri, ^{4. An. 36.}
& similium veteratorum dolis prima ^{Concordia Lu} Cō
fessio Augustana iam esset mutata, ex il- ^{thericum Hel}
la, vti diximus, recognita, immo si verū ^{ueticis Eccle.}
dicere licet, in Calvinismum deprauata,
cōcordiam inquit Lutherus cum Helueti-
cis & Sueuicis Ecclesijs.

Deinde anno 40. & 42. iterum reco- ^{5. An. 40.}
gnita, & aucta multis articulorum decla- ^{6. An. 43.}
rationibus manifestisque detorsionibus,
Vvormatiæ atq; Ratisponæ communi
sociorum consensu fuit Catholicis op-
posita.

Anno 51. Saxonica Confessio à Lipfen ^{7. An. 51.}
sibus, alijsque magno studio fuit confe-
cta, & ab Augustana non parum dissen-
tiens, vt Cōcilio Tridentino aliquando
opponeretur.

Anno 58. iterum emendata, & penè re- ^{8. An. 58.}
cocta Confessio Augustana, corporique
doctrinæ inserta: quam Principes Electo-
res Francoforti vno consensu proba-
runt.

Anno 61. in conuentu Naumburgen. ^{9. An. 61.}
communi scripto principum ad Ferdinā-
dum A. approbatæ sunt omnes Confes-
sionis editiones prius oblatae Imperato-

ri Ca-

ti Carolo & aduersarijs.

*Confliarij aliquot Caluini-
sta Augusta-
nam Confess.
mangonizant
Naumbergi
anno 1560.*

*Vide apologeti-
cum Lindani
pro Concordia
fidei ad Ger-
manos.*

16. An. 80.

Vbi & præclara illa recocta, immò mangonizata fuit Confessio Augustana doctoribus aliquot Caluinistis eo in conuentu Theologorum politicorum primas tenentibus. qui eam ita in detestandam Caluinisticam doctrinã detorserunt, vt non paucis articulis liqueat modò esse Sacramentariã, vti de numero Sacramentorũ, quæ tantũ duo faciunt cõtra Cõfessionẽ verã Augustanã, eiusq; Apologiã primã, de SS. Imaginibus, quòd Idola sunt; cùm tamẽ Saxones & Vuittenbergici colant Imagines, de signo S. Crucis in fronte pingendo in baptismo: & aliã, vti Saxones adhuc obtinẽt, alijsq; nõ paucis, alibi confutatis. Quãti fuerit hæc res pretij, quãti sumtus, quã deniq; laboris infiniti, facilè videt, qui bellè ad eò reconcinnatam Naumburgi illam Confessionem Augustanam percurrerit.

Sed omnia hæc nihil ad labores, sumtus, vigilias & dura per Saxoniam, Vestphaliam, Marchiam, Pomeraniam, Daniam & 33. Ciuitates Imperiales itinera: quibus præclarum opus istud concordie nouæ anno 80. initæ fuit annis plus minus sex, aut octo confarcinatum, centonumque sibi & litio, & stamine, materia, & forma,

ma, colore, adeoq; substantia pugnanti-
um conditum. Tantę molis erat Luthera-
nā condere, immò in speciem aliquā con-
ciliare gentem? An non hac in tabella pi-
lector veritatis studiosus videat aduersa-
rios more suorum maiorū Phariseorū *Matth. 23.*
circuire mare & aridam vt faciant vnū *Abacuk. 3.*
Profelytum? Quid ergo nostri deo iudi- *Sophon. 8.*
ci illa die respōdebunt, qui suæ obli- *apud 70.*
tionis atq; custodię speculatoris, ne isto-
rū quidē exēplo, eoq; nostrā in pernici-
emstructo ac elaborato, vllum diligentis
atq; vigilantis, nedum frugi & solertis ser-
ui officium custodiendo, congregando,
pascendo, conseruando Christiano gregi
impendere dignantur?

Quid enim à plerisq; toto hoc æuo per *CAP. 17.*
annos plus min⁹ totos sexaginta est labo-
ratū, nedū præstitū egregiè pro isthoc ex-
stinguēdo schismate Germanijs ineuita-
biliter exitiali? quid p̄ sopienda Religio-
nis discordia Germanijse ertò perniciofa
factū præclarè? Cū ad indictū Concilium
sanādæ Germaniæ, tollendæq; funditus
isti Religionis discordiæ fuissent euocati,
q̄ vltro, si suorū, imò suæ ipsorū salutis
vel leuiter tenerētur desiderio, debebant
accurrere, ac medicinā egris suis fratrib⁹,
immò dilectissimis in Christo (vt verbis
qui-

quidem dicunt) filijs quærare, postulare, conficere, adeò non accurrerunt, vt remoras nescio quas potius conati fuerint rebus salutariter cõficiendis iniicere, currentique rotæ sua quasi innectere suffragia. Quo enim stupore pia posteritas mirabitur celeberrimo illi Concilio Tridentino Episcopis plus minus trecentis ornatissimo nullum Germaniæ primæ (cui potissimum sudauit) vno Coloniensi (ante fraudulentissimam interruptionem Mauritijsaxonis artibus iniectam) excepto, interfuisse; aut suos saltem Legatos destinasse? nominatim euocarat Pius V. nominatim euocarat Ferdinãdus Augustus: sed tanta fuit eis prudentia, tanta regni illius cælestis cura, vt & suam, & suorum salutem æternam salutaribus illorum posthaberent monitis.

Deinde Concilio absoluto, atque Romæ ritu & solemnè, & prisco legitimè approbato & confirmato, quidnam post Edictum exsequutionis factum? quid operi mandatum? quæ Synodi prouinciales? quæ diocesanae suum sunt consequente effectum? fuerunt quidem aliquot habitæ: sed quo pietatis fructu, quo exoptatæ adeò reformationis emolumento; quod denique Canonice, ac desideratæ calli-

gationis exemplo? totus, heu dolor! videt, immo ridet ac luget mundus. Proinde quænam spes, obsecro, exsequendi Cōcilij Trid. quod Deus opt. sanandæ Germaniæ, immo toti mundo alterum quasi trophæum erigere instar magni illius Nicæni, est dignatus, affulgere queat, quum eius Episcopi & à Rom. Pontifice paternis literis euocati, & à Rom. Imperatore per Legatum inuitati in eo comparere noluerent? ecquid ergo remedij, inquis? an cessandum censeas Imperatori, illis gubernatoribus altum stertentibus, vt vna cum nauigio penè naufrago vectores vniuersi pereamus?

Certe in naufragij periculo nullus suæ CAP. II.
saluti defuerit: sed nauclero aut ignauia, aut somno, aut vino, aut delitijs sepulto, vnus clauum, alius remum, alius scalmū; aut ancorā, alius rudentes, aut antennas arripit; vt communi vectorum operacertum interitus horrendi euadamus periculum. Sic in hoc Germaniæ naufragio sanè præsentissimo (nisi tempestiuè V. Maiestas occurrat) aliud equidem post plurimas, easque longas meditationes, & cum viris eximiè pijs collationem non arbitror nunc superesse remedium certius simul & salutaris. quam vt à Ro-

D mano

mano Pontifice quam primum omnem
 que citra cunctationem aliquis petatur lega-
 tus, q. Christi quæ sunt, ex animo quæres
 (quales non paucos habet Italia, plures
 Hispania) omnes sub obedientia S. D. N.
 iurata ad Concilium Germanicum euo-
 cet Primates, Archiepiscopos, Episco-
 pos, Abbates, & Collegiorum decanos: qui-
 bus seriam mandet Oecumenici Conci-
 lij Tridentini susceptionem, exsequutio-
 nem, observationem. Quod ut conficiatur v-
 tilius & efficacius, p. fuerit eximie ut Im-
 peratoria V. Maiestas eosdem sub iuramē-
 to V. Maiestati facto illuc euocaret, ne
 quis tergiuersationi ulteriori, aut pro-
 crastinationi damnosiori supersit locus.
 Si in præfractiones aliquot censuris & pe-
 nis Imperialibus quis putet utendum, nō
 displicuerit, quod calcar equidem opinor
 quibusdam salutariter profuturum. Nō
 pauci enim humana, nescio qua, corru-
 pti beneuolentia, aut semiuira verius,
 molliq; pusillanimitate fracti, aut suæ po-
 tius salutis æternæ incuria elumbes, hac
 quasi honesta coactione suo in sinu gau-
 debunt, quod Canonicam reformationem
 iam pridem desideratam tali Augustali ve-
 luti mandato (hoc enim plerique aulico
 typho turgidi non parum, pro pudor! præ-
 ponunt

ponunt Pontificio. adeò enim in Carnalia, iumenta dicam, an semibruta ferè pecora degenerauimus) impulsi facere cogantur. Varia enim sunt priuata Episcopis Germaniæ impedimèta hinc illinc temerè, immo sacrilegè obiecta, hic non recensenda: quæ nisi hac ratione semel præcidantur ac prorsus tollantur, semper salutarè Concilij Tridentini in Germania pergent exsequutionem impedire.

Taceo iuramenta parù sacrosancta ab Episcopis eligèdis extorta. Taceo pacta, Simoniaca dicam an sacrilega? Certe dei mandatis, sacrisq; Canonibus inimica. Taceo tuèdæ libertatis suæ, nescio cuius, certè noxiæ causa non libera suffragia.

Quod si hac ratione nihil proficitur, ac veluti Paraly si deo exsecranda totum laboret corpus, ne animi tamen desperatione fracti, Sereniss. D. Imperator rem omnino necessariã (si Romanum tua Maiestas cupit saluum Imperium) despondeamus, nedù de manibus abijciam? haud. n. fuerit fortassis inutile, aut incòsultù, illã ingredi viã, q̃ Ludew vycù Imperatorè olim sæliciter videm⁹ ingressù, nimirù vt S. Maiestas tua Primatibus & Archiepiscopis per Germaniam literis Augustalibus mandet (euocato, vt diximus, à Ro.

Pontifice aliquo legato, si tandem impetrari queat; ne quis Sycophantarum temerè notam schismatis inuidosigat dēte) ne suo desint officio in publicando vniuersali Concilio Trident: quod à tota Christi ecclesia ipsis præscriptum est sanandæ Germaniæ instar saluberrimi pharmaci adhibendum.

Hanc in rem maiori atque certiori verè pietatis emolumento efficiendam profuerit eximiè; si Cæsarea V^o Maiestas deinde ad singulos Archiepiscopos suum ipsorum impensus mittat legatum; qui gerendis secundum Concilij formam rebus summa cum authoritate interfit. Si tali Euangelicæ pietatis studio Augusta V. Maiestas rem nō minus piam, & Deo gratam, quàm seruandæ Germaniæ, tuoque Rom: Imperio cum primis necessariam aggrediatur, pijs suis votis, vti confidimus in Domino, cælestem haud inefficacius experietur adesse gratiam, auxiliumque singulare; quàm olim pijs Iosif, Iosaphat, Ezechia atque Machabæis adfuit Deus.

Zelator ille inclytus Dei spiritu afflatus pro Dei domo & lege patria Iehu, nobilissimus Heros in repentinam florentis licet Idololatriæ labefactionem pij
vni-

vnus Ionadab Rechabitæ vtebatur con-
 filio; vt & Iouianus A. vnus Athanasij 4. Reg. 10.
 exsulis Christi, ad reconciliandas & pacã
 das Dei ecclesias funesto Arrhianismo,
 vere Turcico semine (vnde impius ille
 pullulat Antichristus) infectas, distur-
 batas, diuulsas. Lætatus etiam fuit pius 2. Par. 10
 Ezechias, quod post subitanam Idolo-
 latriæ subuersionem ministerium dei es-
 set expletum. de repente quippe hoc fi-
 eri placuerat. Nescit enim tarda molimi-
 na, inquit D. Ambrosius, spiritus sancti
 gratia.

*In Dei opere
 non cunctan-
 dum, neque
 multis opus
 est consultorũ
 bus, vbi clarũ
 est Dei man-
 datum.*

Si dei spiritu acti Reges isti præclaris-
 simi has instaurandæ aut domus Dei, aut
 Ecclesiæ veteris bono iure, sibi sumere
 partes, cur non & hodie nostri Reges?
 Immo cur non magis nostri Reges? cùm
 ex pernicioso, regibusque singulariter
 nunc infesto Religionis dissidio tam ma-
 lè curato siue potius insolenter neglecto
 maius, vt non dicam ineuitabile, ipsis im-
 pendeat certò vna suis cum populis pere-
 undi periculum?

Vidit prudentissimus Imperator Sigis-
 mundus Augustus V. Maiestatis auus
 magnus, ex Rom. Pontificum schismate
 indubium & suo imperio Roman. & toti
 adeò Catholicæ Christi Ecclesiæ impen-

*Sigismundi
Austriaci A.
Lam.*

dere exitium, quantum laboris, deus bone: quantum curarum, quantum sollicitudinis verè paternæ, ac plus quàm Regiæ illi p Cōcilium Constantien. sopiendo sumit? huius schismatis tollendi causa cū sese Constantiam contulisset, nullum omisit pij officij, aut humanissimæ in omnes benevolentia genus; quod pijs illis Patribus dei cultoribus in Synodo cōgregatis fuerit exhibendum, aut præstandum.

Cum videret pius A. non posse pacem toti orbi iam pridem desideratissimam Ecclesiae restitui, nisi & Reges Christiani in Concilij vota conspirarent, ipse Imperator nulla suæ aut imperialis Maiest. aut Regiæ dignitatis, aut valetudinis, nedum priuati cōmodi ratione habita Fraciæ Regē adire nō detrectauit. Deinde mari trajecto Angliæ Regē in eadem vota, vt consentiret, induxit. Supererat Ferdinandus Rex Arragoniæ Petri de Luna defensor & propugnator.

Hunc vt Imperator Sigismundus hac de causa inuiseret, non eum aut itinerum asperitas, nedum longitudo, non sylvarum, non præcipitiorum, non deniq; longæ illius peregrinationis labor deterruit. Vincebat enim omnia exoptata illa Ecclesiae pax, & dia Christianorū concordia;

dia;

dia: qua sine stare suum videbat nō posse Imperium Romanū. Norat enim prudētiss. Heros eximio dei timore præditus, et singulari Do. Christi amore inflāmat, illud dei oraculum esse omniū verissimū quod eodem in Cōcilio exstat decretū, frequentem Concil. Generaliū celebrationē esse agri dominici culturā, quæ vespres, spinas, & tribulos Hæreseon & errorum & schismatū extirpat, excessus corrigi, deformata reformat, & vineam domini ad frugem vberimæ fertilitatis adducit. Illorum verò neglectum præmissa disseminare atque fouere. Quæ Spiritus sancti sententia an non ipsa apud Germanos (de alijs enim nationibus modò nihil agitur) reperiat, verissima, dies ipsa docet. Certè sic olim pij nostri maiores nulli blandientes, nihil adulantes, sed ipsam professa veritatem ingenuè agnouerunt non aliā fuisse grauisimorū dei flagellorū & euersarum in Germania Ecclesiarū causam, quàm longum Synodorum neglectum, vti superius dictum est fuisse.

Vsus Conciliorum Gen. quāvis & quam necessarius.

”

”

Vide acta Cōc. Constant.

”

”

”

”

Vide Concilium Moguntinum, & Melden. superius ca. 7.

Tanta igitur Sigismundus A. & fecit, & tulit pro conciliando terrarum orbe diuersis Antipapis Cathedram Petri perturbantibus; ne dissidio de capite,

D 4 siue

sive vicario Christi Do. orto, vniuersum periclitaretur Christi corpus; quod Catholica est Ecclesia: aut ne vllum hac ex re Imperium Roman. caperet detrimentum.

CAP. 20.

Quid igitur Pium Augustum fuisse facturum putabimus, si in isthæc infelicissima incidisset tempora? quibus ex tantis exitialium schismatum agminibus, dicam, an examinibus, vt vix domus domini consentiat, vnde multò perniciosius Rom. Imperio imminet excidium, quàm ex intestino Pontificum Romanorum schismate? Si quidem illi inter sese vnus erant omnes fidei, vnus omnes Religionis, vnus omnes animi & sententiæ in Catholica Christi doctrina; licet vno de capite, Vicario, quodnam illorum trium esset verum, verusque Do. Christi vicarius, Petrique successor, disiderent. At modò non solum de hoc rixantur capite (cùm suum sibi quisque statuatur caput, quod Christi immo Antichristi loco veneratur & religiose colit) sed repudiato vero Christi vicario, cui omnes suas abiturus ipsemet Dominus Christus pascendas reliquit oues: & iam hostiliter de varijs, & ijs capitalibus fidei digladiantur dogmatibus. A qua pugna verè

Ca-

Cadmæa plus Rom. Imperio impendet certi periculi, adeoque inevitabilis exitij; quod de ijs inter se irrecõciliabiliter dissentiant.

Quibus cum ex infallibili Domini Christi prophetia indubitatisimum citò immineat exitium, *Omne regnum in se* *Luc. 17.* diuisum, ait, desolabitur; & domus super domum cadet, quid cunctamur? quid deliberamus? quid aliena, & inutilia hætenus quærimus, tentamus & leui, ne dicam molli, ac tanquam semiuiro & effæminato brachio admouemus remedia? An huic Euangelicæ Prophetiæ fidem non habemus? An Christo domino rerum euēturarum fidem abrogamus? An exemplis populorum mutuo dissidio extinctorum etiam hodie nostros in oculos per Græciam, Galliam, Iudæam & miserum nostrum Belgium incurrentibus nihil mouemur? ô cæcas nostras mentes! ô pectora cæca! immò Marpesia caute duriora & præfractiora! quæ nec diuinis terrentur comminationibus; nec Euangelicis excitantur Prophetijs; nec ipsis denique formidabilibus rerum horribilissimarum in oculos vndiq; incurrentibus mouentur exemplis.

Vident aduersarij nobis hac parte, vt *CAP. 21.*

D S &

& alijs rebus multis, grandi nostro pro-
bro longè prudentiores, & sui officij
(pro tuèda sua cuiusque noua Religio-
ne) accuratius memores, se suas quemq;
prouinciolas non posse tueri saluas, nisi
aliqua Religionis suo in populo sit con-
cordia, qua ceu taurino, aut potius di-
uino inter se glutino mutuum socian-
tur; immo colligantur, vereque fer-
ruminantur sociabiles hominum ani-
mi.

Hinc illa toties conuocata Romani Im-
perij Comitia; in quibus primas semper
iam annis ferè 60. partes habuit præpo-
stera nouæ Religionis stabiliendæ cura;
sicuti & infestum minuendi, euerten-
di, profligandi Romani Pontificis stu-
dium, vt & phrenetici suis non parcunt
medicis, amicis, parentibus: quorum si
admitterent salutaria consilia & reme-
dia, pristinæ suæ reddi queant valetu-
dini.

Hinc factum vt deinceps nihil contra
sua mutua inter se de Religionis capitib⁹
dissidia publico damnarint edicto: sed ne
semel quidem ordines Imperij à Luthe-
ranis sepius interpellati de dānandis, aut
fidei hostibus declarandis Sacramētarijs,
suum animum vnquam inducere statue-
runt.

runt. At quā de causa? inquis. Procul dubio non alia, quā quod perspicuè vident hoc ex decreto Comitiali ordinum Imperij Ro. indubiam sequuturam animorum diuulsionem & formidandā ipsis dominis suorum subditorum, ciuium que omniū perturbationem; ne indubiā dicam Rebellionē, quæ aliquandiu nunc abfutura videtur, quod faxit Deus nobis semper propitius; donec cōmuni omnes Euangelicorum nomine censentur tot sectis licet inter se dissecti Euangelici. Vna enim Euangelij voce imperitæ plebeculæ omnium gratissima, glutino quasi taurino coherescunt, & isto Syncretismo in quandam fraterculorum amicitiam & coniuratoriam contra Catholicos societatem, ac in Sathanicum Romani. Pontificis odium variæ atque inter se dis-dia-pasōn dissonantes aduersariorum turmæ coalescunt.

Qua opinione populo semel crepta (quod futurum Principum isti Consiliarij Taphnitici ac vere memphytici ex illa saxonica Babylonia, aut Palatina Aeypto profecti perspicuè vident) irreconciliabilis inter populos & Romani Imperij ciuitates oriretur
dis.

dissensio, & implacabile aduersus Principes ipsos odiū: cuius finis foret rebellio, eiectio, profligatio, & nouorum dominorum commutatio. Norunt enim illud Euangelicum fallere non posse, regnum in se diuisum cadit.

Vide acta Serueti & Valentinii Gentilis.

An non diuisum istorum Euangelicorum regnum, cuius professores sese ipsi mutuis Anathematismis non modò damnant: sed & libros alter alterius seuis tradunt ignibus deuorandos? Quid libros dico? an non & suos Syneuangelicos & gladijs, & flagrantibus rogis ipsimet truculentissimè sunt persecuti?

CAP. 22.

Si viderint igitur ordines Rom. Imperij Augustam V. Maiestatem vni concordiaë Euangelicæ omnibus Germanis vnanimiter reducendæ toto ex animo operam nauare, abusus Clericorum (qui indubia istius funestissimi dissidij sunt origo) velle extirpare, Canonicam vitam tã monasterijs, suis à Maioribus religioni Christianæ colendæ institutis, quàm Collegijs Clericorum velle restituere, solidam animorum vnitatem spectare, pacem denique Christianam & concordiaë verè Euangelicæ animo non fucato querere: procul dubio & eorum plurimi pacis Germanicæ, salutis patriæ, atque con-

coræ

cordiæ Religionis studiosi candido adiungēt sese tibi animo, obnixoq; suo aderunt suffragio.

Ex hoc pio enim V. A. Maiestatis studio, quod metu implendæ per Germaniam (viti cernere est pro dolor! per Galliam, Græciam, Belgium & Iudæam) Prophetiæ illius Euangelicæ, dum vident V. A. Maiestatem serio ac ex vero magni Dei cultu suscipere, sibi gratulabuntur eam esse ineundam alicuius per Germaniam concordie spem diuinitus oblatam: qua iterum vnum reddamur omnes in Christo Iesu corpus, vna iterum efficiamur domus dei, vnus denique vnus fidei populus, nec amplius altare stet contra altare, aut Iuda non amplius contra Israelem consilia ineat inimica, nedum hostilia gestet arma.

Quod inde magis fiat perspicuum, quum *CAP. 25.*
videamus ordines aliquot Protestantium sibi à suorum subditorum in Religionis causa dissidio metuentium tantis impensis ac laboribus Herculeis aliquam quaesuisse in Lutheranismò concordiam: inquam cum non omnes suos condiscipulos perducere potuerint, reclamantibus palatinis, refragantibus Hessis, dissentientibus Rom. Imperij ciuitatibus Augusta,
Ulma

Vlma, Norinberga, cum socijs, magis exstimulabuntur ad fouendum, & fauendum, immo serio iuuandum religiosum A. V. Maieftatis in piam concordiam & Canonicam Reformationem studium.

Quod enim frustra sese nunc quaesisse vident sua noua ista Protestantium concordia, opere tam magno nunc in lucem edita, sperabunt diuino aspirante Patris Clementissimi (qui omnes suos filios singulari desiderio anhelat eodem sentire, vnum corpus esse, vnam, eandemque colere Christi religionem,) auxilio, paternoque fauore hac ex ratione consequi posse.

Atque vt de quibusdam minor fortassis affulgeat conciliandi spes, qui Sacramentaria fascinati sunt semi-Iudæorum & Capharnaitarum, ne Machumetanorum, (quorum nefarias, & eas non paucas colunt doctrinas) dicam perfidia; certe Protestantium maior pars, potiss. Saxones, nullo ferè (si res ex vero Christi studio, ac Zeloso diæ veritatis Euangelicæ amore cum illis ageretur) negotio nobiscum in gratiam redeant, atque sopitis pauculorum capitum de religione dissensionibus in optatissimam cum Christi corpore denuò reconcilientur concordiam.

Si

Si quis enim rem candido & Concordiæ Christianæ studioso intueatur penitius oculo, agnoscet perspicuè inter Catholicos & Protestantos Saxones nõ plura quam vi. aut summũ octo superesse diuersæ, diuulsæ, atque infæliciter distractæ inter nos Religionis capita.

Vide Ratatum Lindani, siue de Træquillitate animi.

Partim enim nostris Catholicorũ scriptis & eruditis disputationibus, partim ipsa veterum Patrum lectione tandẽ doctiores facti aduersarij plurima nũc nobiscum tenent eadem; quæ antea ceu prophana reiecerant, & damnata temerè pro impijs abominabãtur. vt de peccato originali, de iustificatione per inhaerentem Dei iustitiam, & alijs aliquot.

Quæ verò supersunt controuersa, inter nos pauca, Deus bonè! quàm facile modò inueniant conciliationem, si pacis Christianæ viri studiosi adhibeantur?

Quod à vero non abhorreret, vno, aut altero haud abs re fuerit confirmasse exemplo. Si quidem in hanc pijs Dei filijs optatissimam diẽ concordie conciliandæ spem facilius consequendam animum nobis acrius excitare debet quòd Principes aliquot literis & doctrinis liberaliter imbuti profiteri suis & verbis, & scriptis non dubitant, se à vera

*CAP. 24.
Indubia cõcordie cum Principibus Protestantibus conciliandæ spes à pia ipsorum professione.*

Ca-

Catholica Roma. Ecclesia non defecisse: sed eam sese (quod & Lutherus locis plurimis docet) pro vera agnoscere; vbi doctrinam à DD. Apostolis Petro & Paulo & alijs Patribus Orthodoxis veterē, inquit, & non innouatā obtinet Apostolicam.

Sententia Principis Anholtini in eū de concordie idonea: si ad viuū refectur, & ad veri normā castigetur: quod faciunt notae in perse.

1 Longè absit à me, scribit Princeps Anholtinus ser. 4. de sacra Eucharistia, vt ego de sancta Ro. Ecclesia aliter, quā pietate ac Religiosè loquar, aut sentiā. Sic & præfatione in sermones duos contra falsos Prophetas, Quarto quod accusant nos, inquit, quod à Ro. Ecclesia defecerim, aut discesserimus & propterea nō sim⁹ in Ecclesia Catholica, ideoque ordinationes nostras seruādas non esse, nullo est in-

1 Votum istud & nos vobis precamur cum animi luce Apostolicā, vereque demum Euangelicā, & doctrina Orthodoxae fidei omnibus in capitibus consentanea.

2 Immo longè omnium solidissimo, quia qui à Rom. discedit Ecclesia, illud deserit ouile Christi, quod in caelum rediturus D. Petro commendare atque committere voluit pasendum; cuius illa membrū est primarium. Quod qui cū membris ei ab origine prima cohaerentibus pertinaciter digressus deserit, corpus Christi sacrilegè diuidit, atque unitatem corporis Christi scelerato schismate discindit, dilacerat, dilaniat.

to. 2

Quia

Quia etsi non i-
m^o inficias quod
falsam doctri-
nam, 3.

Et abusus, 4.

Quæ ex nouatio-
ne in Romanam
Ecclesiam 5.

Sunt inuenta (de
quibus & Diuus
Paulus, 6.

3 Atqui nõdum est falsæ do-
ctrinæ conuicta; nedum sacri-
legij, vt crepatis, Idololatriæ,
aut cultus Baalitiçi.

4 Vt vos quidam imperitè
censetis quædam: sunt tamen
in vita & moribus purganda,
non inficiamur, plurima, & ca-
stiganda religiose ad SS. Ca-
nones.

5 Istud de indubitatis Chri-
stianæ fidei dogmatibus perne-
gamus: immò vos doctrinæ vt
temerè nouatæ, ita immeritè
desertæ vno ore accusat tota
Christi Ecclesia Catholica, tã
Orientalis, Græca, Syriaca &
Armenica: quàm Occidenta-
lis, Gallicana, Hispanica, Afri-
cana, & Italica; ne ipsa ditam
Germanica, immò ipsi ad eò vo-
stri in nouo Euangelio fratres
Euangelici, vt de Sacrificio S.
Missæ Eucharistico, de precib⁹
pro defunctis, de Sacramento-
rum numero & efficacia.

6 Illa nos diuino adiuti au-
xilii hactenus euitamus: sed
vos non meministi illius man-
dati Paulini, Obseruate eos qui
dissensiones, Axiōōōōōō, seces-
siones, seditiones & offendicu-
la faciunt contra doctrinam,
quam accepistis à Christianæ
fidei exordio.

E

Ad

Ad Ro. & Gregor. capit con-
queri) ex debi-
ta erga Deum
obedientia de-
seruisse, 7.

1. Cor. 1.

Ephes 4.

Amos 2.

Hebr. 13.

Iude. 1.

D. Cyprian.

D. Iren.

D. Optat.

D. August.

Et illis resisten-
tes, 8.

Nos cōtradice-
re, 9.

Tamen idcirco
nō discessimus
à vera, Sancta
Apostolica Ro-
mana Ecclesia,

10.

Imò magis nos
in illā totos tra-
dimus, 11.

7. Ideo vos schismaticos esse
amplius negare nō potestis. Istud
enim agitur nō quidem ex obe-
dientia, vti temerè admodum
& futiliter gloriamini, deo de-
bita: sed verbi eius inobedien-
tia; quod diserte mandat, Ne
sint in vobis schismata. *1. Cor. 1.*
Rursum, sitis solliciti seruare v-
nitatem spiritus in vinculo pa-
cis. *Ephes. 4.*

8. Vti populus ille sacerdoti,
de quo apud Prophetam suum
Amos Deus ob rebellionem &
inobedientiam aduersus pasto-
rem suum conqueritur. Danda
igitur vobis opera, vti obediat
Præpositis vestris & subiacea-
tis eis, vti Paulus mandat.

9. Sicuti Core, Dathan, &
Abyron Moysi. Videte igitur ne
in contradictione simili cum il-
lis pereatis schismatum aucto-
ribus; cum altare contra altare
sacrilego erigitis studio.

10. Maxime discessistis: quia
Romanam, quæ est vera eccle-
siae Christi Catholice Matrix,
mater, & caput quoddam, in-
grati & degeneres filij dese-
ruistis.

11. Non quidem vero Christi
domini ouili adherentes; quod
violastis, dispersistis, dissipastis:
sed schismati sacrilego. In quò

Quan

Quando quidem illam suscipimus, profitemur, defendimus doctrinam, quam Petrus & Paulus Rom. Ecclesiam, & totum orbem docuere Christianum, 12. Sicuti epistolę ipsorū demonstrat, potiss. Pauli ad Rom. Galath. ad Timotheum, ad Hebręos ex Italia scriptę, immo tota Biblia quę nobis à Rom. Ecclesia 13. prodierunt docent. Qui amissali scriptura nimirum SS. Apostolorū Petri & Pauli discedunt

14.

qui pertinax hęret, spem nullam regni cęlestis possidendi habet reliquā. omnis enim qui recedit à doctrina in initio tradita Ecclesię Catholicę, ait 2. Iohan. 1. D. Iohan. deum non habet.

12. Illam vos non suscipere, nec pridem susceptam obtinere, subsequens demonstrat vobis querimonia Ecclesię Christi Catholicę orationibus tribus distributa.

13. Cur ergo ea non suscipitis tota plurima enim Lutherus vester repudiavit. Cur & genuinam Bibliorum sententiam ab eadem pridem ubique cōcorditer omnibus suis filiis traditam non obtinetis constanter? sed cum Luthero quędā loca teneris deprauata, & adulterata: ex quibus istę nostrę oriuntur de fide controuersię Do. Christo exosę.

14. Atqui vos, reclamante toto orbe Christiano, ab illis disceditis, aliam diuinis Apostolorum verbis inuehentes sententiam: quàm ipsi totum docuere orbem Christianum; cui omnes ad vnum Romanę Ecclesię aut socij, aut filij iam ab ipso vsque fidei Christianę exordio concor-

E 2 Non

PRAEFATIO IN LIB.

diter consentiunt, & emulanda vobis constātia gloriose insistant.

Non possunt sibi sanctam Apostolicam Romanam Ecclesiam vnquā arrogare: aut eius nomine amplius verè gloriari. 15.

15. Romanæ Ecclesiæ nomine non tam gloriamur, quàm Apostolicæ atque Catholicæ: quæ Roma ceu fonte vberissimo in totum orbem est præcipue per Apostolos Petrum & Paulum deriuata, & salutariter in vestros etiam maiores tandē propagata post annos circiter 800. quæ sera ad Christum conuersio vos modestiores meritò reddat doctrine Apostolicæ censors, cum veluti reliquæ quædam Gentilium, siue paganorum ad magnum illud ac verè Catholicum Christi Do. corpus accesseritis incorporandi, & tanquā filij ei inuiscerandi.

Porro vbi quosdam Roma. Ecclesiæ abusus, de pedum osculo, 16.

16. Si nota esset primorum illorum Christianorum pietas, et stupenda in Christi seruos reuerentia, non diceretis Romanos Pontifices hac in re nimum sibi arrogasse. Olim enim de more occurrenti episcopo plebs ad pedes pronoluebatur osculabunda, vt D. Hiero. testatur de D. Epiphano. Plurima etiam malignius à quibusdam interpretantur, aut in calumniam imprudētius rapiuntur; quàm sit æquum. Nam illud osculum

non eim fit pedibus: sed fixo il-
lis D. Christi trophæo: cuius ille
oportet fit imitator, prædicator,
& propagator. An nescis illū
gentilem vestrum Cainam D.
Chrysoftomo filios misisse ob-
uiam vt eius genua oscularen-
tur? Vide histor. Tripart.

& similia. 17.

17. Sunt in ceremonijs &
ritibus ecclesie Ro quedam,
quæ non peritè satis considerā-
tes offendunt, sed temerè; quia
originè piam nesciunt; aut quia
mysteria & Anagogica, min⁹
quàm par sit, penetrant, vt de
Thiara Tricoronata, de habitu
sacro & cultu diuino.

cepisset idē Prin-
ceps expēdere,
subdidit; Salua
tamen (inquit
fol. 255. prima
conclone con-
tra falsos Pro-
phetas) reue-
rentia sanctæ
Rom. ecclesie.

18 Si ista in Romanam Eccle-
siam reuerentia verbis quidem
blandis testata, pio in matrem
omnium animo esset profecta,
non tam leui de causa quis pos-
set grauius ad eò in piam suam
matrem præclarè admodum de
ipso meritam offendi ob res ali-
quot leuiculas: quæ vt alijs dis-
plicent; ita forent concordie
causa pijs & grauib⁹ viris to-
lerandæ potius; quam ob eas
corpus Christi sacrilego schis-
mate diriter dilacerandum, et
crudeliter varia in blasphe-
marum sectarum membra di-
laniandum. quia non potest esse
Christi charitas vbi teste Au-

18.

lan-
e in-
nine
A-
que
in to
A-
lum
ve-
ro-
oo.
uer-
red-
enso
edā
ad
tho.
ces-
quā
il-
s, et
eue
nos
um
de
bs
la-
de
us
r.
us
us
6

*August. con-
tra Donatist.*

Cæterum ne cui suboriatur scrupulus quosdam protestantium simulato animo veram Ecclesiæ Christi Catholicæ quærere concordiam, verba subtexemus, quæ idem Anholtinus Princeps ibidem in margine ad pleniorum sui animi explicationem adtexuit. Sancta R. Apostolica Ecclesia sunt oēs, inquit, Patres, & Christiani qui Romæ fuere, sunt, auterunt; qui sanctam Apostolicam doctrinam Petri & Pauli & aliorum sicuti in S. Scriptura continetur, sequuntur.

19.

Si nunc igitur R. Pōtiffex suis cum Cardinalibus, Episcopis & presbyteris (sicuti ipsorum predecessores fecerunt) Apostolicam doctrinam sequerentur, 20.

*gustin non est Corporis
Christi vnitas.*

19. *Istam definitionem & nos virisque, quod dicitur, manibus suscepimus, quia non aliud euangelium Catholici admittimus, nec præter id, quod ab Apostolis initio ubique concorditer accepimus, credimus, tenemus, docemus.*

20. *Quod ut nos affirmamus; ita negatis vos, quid ergo ad hanc exitialem discordiam remedij aliud, quam ut ad Christianam, Concordiæ Euangelicæ studio, vniuersi conueniamus Synodum, prisco de more maiorum nostrorum celebrandam? uti semper in similibus Ecclesiæ Christi procellis factitatum salutariter.*

Vel.

Vellemus nos li-
benter ipsos pro
mēbris Apосто-
licæ Ecclesiæ ha-
bere. 21.

& tanquã Chri-
stianos Episco-
pos, animarum
que curatores iu-
xta mādatum ip-
sis officiũ agno-
scere. 22.

omnique hono-
re venerari.
23.

Huic debitæ re-
uerentiæ nostræ
nihil deesset 24.

21. Itane vos præcisa eccle-
siæ ramentula quedam, aut
auulsi potius ramusculi aliquot
indubios totius gregis Christia-
ni Pastores, Apostolorum suc-
cessores; immo vicarios quos-
dã, & primaria Corporis Chri-
sti vitalia membra pro eccle-
siæ membris tandem agnosce-
tis? ô intollerandã arrogantia?
ô fastum degeneribus Synago-
gæ Sathanae filijs dignissimũ?

22. Tunc demum veri Chri-
stiani hominis faceretis offi-
cium: si, ut oves Christi decet,
vos præberetis Pastoribus ve-
stris à Deo missis morigeros,
non obstreperos, non dicto ino-
bedientes, nō rebelles, non vo-
bri iudiciũ de vera Christi do-
ctrina superbè sumentes: sed
obedienter Catholicæ ipsorum
doctrinæ cum reliquo Christi
grege consentientes.

23. Venerationem aliam non
postulant, quàm quæ Apосто-
licum ipsorum sequitur officiũ
ad ouium Christi pastum salu-
tariter præstandum necessa-
ria.

24. De hac facilè inter nos
conueniret, si modò esset solidã
de vnitãte fidei euãgelicæ at-
que Apostolicæ concordia, Sy-
nodicè conciliata.

E 4 Sic-

Sicuti etiam Lutherus, & nos in præcedentibus, & huius temporis cōfessionib⁹, atq; omnibus de Concordia tractatibus semper obtulimus. 25.

Vtinam; deo fauente illi hoc agnoscerēt! & sequerentur, quā velimus illis cōsultum benè 26.

25. Qualem, obsecro, vos obtulistis reuerentiā, aut veneratiōnē Pastoribus Christiani ouilis congruā? cū primarium reuerentiæ Christianæ caput, puta obedientiā, et in fide Apostolica consensum atq; constantiā detrectaueritis, proieceritis, conculcaueritis? adeoq; irreligiosè admodū blasphemis cum verbis, tū factis hactenus estis diuiter execrati: & phreneticorū in modum horribiliter abominati?

26. O deplorandū quidē votū sed phreneticis dignū, membra de Christi corpore dudum præcisa, (seneca propè tabe iā (nisi deus cauerit) putrefacta, ne dicam bis mortua, viuis Christi membris, totiq; corpori adherētibus vitālē optant spiritum. ô rem absurdā? & fastuoso illius Luciferi sese in Angelum lucis transfigurantis animo haud incongruā: Vobis, ô miseri, vobis ipsi consulite; immo, vt consultur salutariter, toti saragite. Quia vnum est corpus Christi, quod sacrilegè violatis, dissipatis, dilantatis. Vna est Christi ecclesia, quā vos intestinis vestris dissidijs turbatis, disgregatis, labefactatis; extra quam nulla vobis salutis aternæ spes queat

Sicut

Sicut & Luther⁹ sua manu scriptum reliquit; Non opto ruinam Episcopatuū,

27.

sed opto reformationē.

28.

In eandē sententiam & Theologi atque professores Vvittenbergen. fol. 168. Non est nostrę inquit sententię aliquid nouiter 29.

aut aliter docere, 30.

supereffe salua

27. *Istud verbis quidem in specie blandis profitemini: sed rebus ipsis manifestè aliud longè loquimini. vbi enim supersunt illæ opulentissimæ per Saxoniam Cathedra: vbi locupletissimæ passim illæ per Germaniam Abbatiæ? Vbi Xenodochia illa regia ditissimis annuis prouentibus redundantiā? an non vester rapuit fiscus, & culina deuorat omnia? famentibus licet veris possessoribus, & inedia pereuntibus alūnis Christi pauperibus.*

28. *Eandem & pij vbi què optamus sanè non minus, quàm vos, clamitantes esse plus quàm necessariā.*

29. *An ne nouiter, quando in vestro cænæ dominicæ sacramento pistorum vestrum adpinitis panē? An ne nouiter nouā & Christianis hæctenus omnibus inaudatam fidē inuehitis specialē? vti Luther⁹ vester passim gloriatur: An ne nouiter de sacramentorū numero & efficacia, nouoq; vbi quitatis Idolo? An ne nouā inuehitis colendi et inuocandi Dei rationē? Vbinā gentiū obsecro, vnquā auditū antea, quod vos tota boatis Germania, Christe ora pro nobis: Christe supplica Deo Patri pro nobis?*

30. *An ne aliter de permanente in Baptisatis peccatorum reatu et culpa damnabili? An ne aliter*

Vide Librum Dist. reden.

E 2 quàm

quàm vna &
æterna doctri-
na in Euange-
lio, 31.

de pia SS. Trinitatis adoratione?
sanctorum inuocatione? de pur-
gatorio? denique de pijs bonorum
operum meritis, iustaque mer-
cede?

31. Addendum hic vobis fuit
vero & sincero, Apostolorumq;
sententiæ consentaneo. Quode-
nim vos crepatis Euangelium,
& symbola; totidem verbis cõ-
crepant, immo discrepant variè
vestratium Euangelicorum se-
ctæ. Cùm igitur omnes vnũ pro-
fiteri nos dicamus Do. Christi Eu-
angelium; cur nõ, quæso, ad Chri-
stianam conuenimus Synodum?
vt veteri de more vniuersa ista
controuersia tandem inter nos
legitimè dirimatur, determine-
tur, definiatur de vero Christi
euangelio, penes quosnam demũ
illud reperiatur verum, & ger-
manum? Cuius nos Catholici au-
thenticam & originalem obiine-
mus possessionem, à quibus vos
sua quisque profecta constabiliẽ-
da hæc aut illa diuulsistis doctri-
næ capita: quibus ceu fundamẽ-
tis ligneas & ficulneas, immò
stramineas superædificatis do-
mos, non iam dei, quæ vna est:
sed procul dubio Antichristi, qui
vos suo vertiginis spiritu in diuer-
sas, immò pugnantes disgregat
diaboli Synagogas, iuxta D. A.

&

& symbolis
32.

postoli prophetiam Apocal.
32 Dum quedam suscipitis, cur temerè abijcitis cætera? An non eiusdem sunt authoris S. Spiritus? an non in cõcilijs generalibus Catholicæ Christi ecclesiæ præscripta? At ne illa quidem verbis iactata tria Symbola, Apostolorum nimirum Nicenum & Athanasianum suscipitis integra, aut vniuersa, quia in sensum alienum deprauatis, & verbis adulteratis, ubique vocem Catholicam peruertentes in Christianam, vt inferius sua querimonia vobis demonstrat Ecclesia.

clarè expressa,
33.

33. Atqui nos Christiani Catholico gaudentes nomine dicimus iuxta D. Pauli Canonem 2. Phil. 2. seruanda & obtinenda omnia, quæ non modò clarè illic sunt expressa: sed & quæ inde sunt deriuata, & non scriptis adeò traditionibus certò Apostolicis comprehensa.

Atq; in Catholica ecclesia semper prudentib⁹, exercitatis & cre- dentibus Christianis fuit intel lectum. 34. Rogamus etiã deum toto cor-

34. Hoc ipsum et nos ingenuè non modò profiteamur, sed indubitatis irrefragabiliū PP. nostrorum Orthodoxorum testimonijs luce meridiana clarius toti orbi iam pridem demonstramus.

35. At qua, obsecro, consciende,

de,

de, ut nos i-
ta regat &
custodiat p-
pitius 35.

ut nos in sua
veritate, 36.

& vera Ca-
tholica Ec-
clesia 37.

semper ma-
neamus. 38.

tia: cum scientes prudentes charissi-
mum ecclesiae vniuersae apostolicae atq;
Catholicae corpus letifero dilanietis
deme, atq; sacrilegè diuellatis, la-
ceretis, occidatis, deuoretis schisma-
te?

36 De hac nos contendimus, penes
nos veram Orthodoxorum P.P. per-
manere doctrinae apostolicae senten-
tiam: quam vos quisq; suo prohibita
innouatis, permutatis, & aliter doce-
tis: quā ab initio fuit Catholicae Chri-
stianae ecclesiae ab apostolis & suc-
cessoribus traditum.

37 At qui eā iam variè à vobis disse-
ctā deseruistis, noua quisq; sibi fingē-
tes euangelia à Christianorum me-
moriam semper inaudita, uti Lutherus
gloriat de sua fide illa speciali in
suis conuualibus sermonibus.

38 Hanc posteaquam tot per annos
deseruistis altare cōtra altare sacri-
lego studio erigentes, & à toto Chri-
sti corpore, quod Catholicè cōplecti-
tur & Latinos, & Graecos, Arme-
nios, Syros, & ceteras Christiani or-
bis nationes, quā fronte optatis in
ea permanere, quā funesto diuulstis
schismate, atq; internecino vulnere
non solum crudeliter sauciaffis: sed
immaniter etiam, adeoq; exitialiter
dilaniasffis?

Sed haec ex illis haecenus. Itaq; ex te-
stimonijis Protestantium, qui haud postre-
mi

mi apud eos sunt loci, modò recitatis equidè satis superq; pio Christianæ Concordiæ amatori liquere arbitror, non leuem, nec futilè Catholicis esse conciliandæ cum fratribus nostris Protestantibus concordæ spem: quam verbis ita discretis profiteri, imo candidè offerre, à deoq; ardenti Zeli non vulgaris cupiditate optare non dubitarint.

Sed nūc & reliqua expendamus, quæ *CAP. 25.*

ad eundem sperandæ cum Protestantib⁹ in vnitæte fidei Apostolicæ atq; Catholicæ tandem reconciliationis scopum faciunt. Sperauerant Protestantium quidam haud obscuri nominis magnum suis nouatis dogmatibus patrociniū apud Græcos capitali schismate à vero Christi corpore perniciosè dissectos atque exitialiter diuisos sese inuenturos; ideoq; misso abhinc triennio ad eos legato Stephano Gherlachio, suæ Confessionis Augustanæ approbationem à Patriarcha Constantinopolitano, alijsq; aliquot precibus, & precio ambierunt.

Legatio Protestantium aliquot ad Græcos super sua Confessionis Augustanæ approbatione: sed sua frustrati spe, cum illam capitibus plurimis Græci iam nūc dānarunt Catholicis consentaneæ.

Laudanda cum primis isthæc inuestigandæ Christi veritatis ratio, sedula prorsus ac verè solers; qua Protestantes nostri ad suum deriuatæ in Germanos Euāgelicæ doctrinæ fontem censue-

sue-

fuerunt recurrédum; vnde purior fluat
 caelestis huius laticis liquor. A. Græcis
 enim suam sese accepisse aiunt Euange-
 lij doctrinam. Quod vt cum Historiæ
 veritate scribat iste Historiarum pro-
 fessor David Chythræus, alibi veniet
 diffusius excutiendum. Habent quidam
 D. Crescentem Moguntia; D. Kilianum
 Franciæ nostræ Orientalis Apostolum;
 & vnum, aut fortè alterum Græcum a-
 libi: sed an non Roma miserum? aut ex
 Scotia Rom. Ecclesiæ filia, & Saxonia
 transmarina, nunc ab Anglo-saxonibus
 Anglia, destinatum? an non diui Euche-
 rius, Valerius, Maternus primi Germa-
 niarum Apostoli Roma fuere à D. Pe-
 tro nobis Germanis destinati? Sed cur
 hanc veram & nobilissimam, more de-
 generum detestetur, immo inuidè vitet
 originem, ac solidam Euangelij veri in
 ipsos vsque Cymeros propagationem
 Chythræus, nulli obscurum fuerit, cui
 mens constat sana; neque Cymerijs istis,
 ne dicam Aegyptijs obfusa inuidiæ aut
 adulationis nebulis. Si enim hos agno-
 scerent Euangelij nostri Christiani Ger-
 manis nostris maioribus initiò adnun-
 ciati factores, ecquid haberent latibuli
 callidæ istæ vulpeculæ, vineam Domini

Sa-

*Chythræus
 falsi arguitur
 de vera Reli-
 gionis Christia-
 næ apud Ger-
 manos origi-
 ne.*

*Fol. 40. episto-
 larum de Ec-
 clesijs Græco-
 rum.*

*Vide Auenti-
 um lib. 2. An-
 naliū.*

Sabaoth demolientes, fraudulentèque æternæ simpliciorum fratrum & indoctorum hominum salutis Sathanica referti inuidia insidiantes? Intento enim ceu ad fontem digito, impuri ipsorum è vestigio deprehenderentur riuuli, execrando humanæ doctrinæ fermento impurati, immo virulento Babylonici illius calicis pharmaco infecti, atque sua ab origine pestilenter deprauati.

Dum autè accuratius nostrates schismatici apud Græcos schismaticos inuestigant, num apud ipsos quandam inueniant suorum nouatorum dogmatum concordiam, En tibi, Do. Imperator A. illis profus vsuuenit, quod vulgato fertur prouerbio, Turdus sibi malum cacat. Perquirentes enim peregrina discordiæ suæ Sathanicæ firmamenta & inuicta præsidia quæ nobis Catholicis ad fuestam suam discordiam porrò infalcius confouendam ceu Aiacis clypeum obijcerent (en tibi eximiam veritatis vim!) factum est vt sua præpostera diligentia nobis tuendæ Catholicæ nostræ fidei inuicta pepererint tela; immo vitricia ex Hostibus in manus nobis contra se ipsi tradiderint arma.

CAP. 26.

*Protestantes
se ipsi suo ingu-
lant gladio dñi
à Græcis sui
Schismatis
argumenta pe-
tunt: qui no-
bis Catholicis
contra ipsos
suffragantur.*

Siquidem ex epistolis dudū per Dauidem

*De statu Ec-
clesiarum per
Graciã Libel-
lus Da. Chy-
træi Catholi-
cis est vitiosi-
mus cõtra Pro-
testantes ipsos.
A. fol. 30. &
59.
B. fol. 17. ex
Liturgia Bas.
& Chryf.
C. 12. et. 20. 59
D. 20.
E. 20. & 21.
F. fol. 14. et 20
G. 18. & 59.
H. fol. 59.
I. fol. 58. et 73.*

uidem Chythreum de Ecclesiarum sta-
tu per Graciam in lucem emissis liquet
Græcos, Armenos, & Orientales nobis
Catholicis in plerisque omnibus cõsen-
tire, atque ipsos Protestantes nouatæ sue
doctrinæ nobiscum concorditer condẽ-
nare, potiss. A. de S. Eucharistiæ adorati-
one; B. de diuina mystici panis in Sacra-
mento transsubstantiatione; C. de pia SS.
inuocatione; D. de religiosa pro Mortu-
is oratione; E. atque Christiani sacrificij
oblatione. F. de iustificatione, G. atque
de tertio animarum loco, siue is Latinis
purgatorium siue, Græcis Cathæterion,
siue carcer, siue exilium, aut alia deniq;
voce dicatur, tenebrarum siue irrequiei
locus. H. Sic & de Ecclesiæ autoritate,
I. atque bonis operibus ad salutem ne-
cessarijs nouo isti Protestantium aduer-
santur Euangelio.

Hæc autem potissima ferè omnia cõ-
trouersa dogmata imprudens nobis Chy-
threus ille præclarus Theologus Cathe-
drarius dedit haud mediocriter confir-
matoria, dum istas Græcanicarum Ec-
clesiarum reliquias suis concorditer ma-
gistris vetustioribus, & antiquis Ortho-
doxis nostris Patribus orbi demonstrat
nobis Catholicis ad amissimã conspirã-
tibus

tibus in vnam Christi fidem animis consentire.

Sperauerat quidem Chytreus iste infælix Danus sese discordiæ nostræ vtrisque perniciosæ frigidam suffusurum; si Græcos suis Protestantium probare posset concorditer docere dogmatibus: sed deus opt. pacis Christianæ author, & concordiæ Euangelicæ custos, fautor, & tutor infestum eius studium nobis in lōgè locupletissimum conuertit lucrum, atq; hostilia eius tela in misellum istius infælicissimi Christianæ Concordiæ osoris retorfit caput. Conatur quidem & maledicis verbis, & crassioribus, immò imperitioribus, ne dicā impudētioribus sophismatibus eludere, quæ ad vnanimem Græcorum saniorum nobiscum concordiam faciunt: sed hoc ipso suam infælix demonstrat aut imperitiam, quòd veteres Græcos P. P. non legerit, siue lectos intelligere neglexerit: aut malitiā; quòd manifestam ipsorum doctrinam nobis per omnia cōsentaneam dolo malo dissimularit. Si quidem frigidè cauillando & falsas coniecturas temerè, immo planè stolidè cumulando illa conatur ridiculus eludere; vt de illa D. Basilij aurea Liturgia, sicuti & D. Chrysofomi: quā

CAP. 27.

Legationis ad

Græcos euentus

in contrarium cadit,

quam sperant

Protestantes

inconsulti.

Psal. 143.

Frigidæ cauillationes

Chytrei in diuinas

Græcorum

Liturgias nobis

consentaneas.

cauillatur improbus alicubi falsò ipse
 inscriptam quòd pro defunctis orât, aut
 Sacrificium offerri profitentur: cùm hec
 alibi etiã verbis adeò disertis doceant
 Patres illi omnium clarissima totius or-
 bis lumina. Quale illud etiã est, Græcos
 tertium quidẽ agnoscere locũ, vnde A-
 nimæ piorũ fratrum liberentur viuorũ
 precibus: sed non appellari, ait, ignẽ pur-
 gatoriũ. Quasi verò deigne, aut flãma
 potius sit nobis cõtrouersia; quã de iusta
 piarũ Animarũ expiationẽ, aut purgatio-
 ne, quocunq; tandẽ iustarum pœnarum,
 siue corporalium, siue spiritualium, siue
 cruciatuũ animi genere puniantur, pur-
 gentur, expientur. Rursus Græcos obti-
 nere quidẽ nobiscum consentaneẽ ani-
 mas piorum orationibus viuorũ adiuua-
 ri: sed non sacrificio altaris ait, & S. Eu-
 charistiæ oblatione; cuius tamen contra-
 rium apud ipsum liquet ex D. Chryso-
 stomi Liturgia fol. 19. sicuti & fol. 2 i. de
 Armenorum Ecclesia, immo Chytreus
 ipse disertis verbis scribit fol. 15. opinio-
 nes de applicatione sacrificij Missæ pro
 viuus & defunctis alicubi inualuisse. At
 p tuo isto Alicubi, Chytræ, Vbiquitari
 orũ antesignane, tibi dicendum fuit v-
 bique: si verũ amares, aut rem bona fide
 vbi-

*Chytreus in se
 lix gladiator
 se ipse iugulat.*

*Arnobius li. 2
 ex Platone de
 immortalitate
 docet animas
 exuri & igni
 bus immergi.*

vbiq; ageres, vbi auita fides inuiolata ob-
tinet, nō claudicās aut Heresibus nouel-
lis adulterata, quod ipsum & ex aurea D.
Chrysofomi liturgia vera & genuina i- *Fol. 19.*
dem Chytræus imprudens adstruit fol. *Fol. 21.*

17. licet leuiculis aliquot coniecturis eā
imperito lectori in adulteratæ suspiciōne
trahere conetur improbus.

Si David Chytræus Græcanicæ Ec-
clesiæ candido veri cognoscendi studio
perlegisset Eochologiō Venetijs impres-
sum, sicuti sese gloriatur legisse ipsorum
Horologion, quod Breuiariū vertit, &
Horarium, & octo-echos, troparia &
Græcanici cultus reliqua, multo aliter
de re adeo graui nunc proposita censuis-
set nouus incognitæ sibi nostræ Religio-
nis Catholicæ Aristarchus.

Apparet igitur, sereniss. D. Imperator,
optatā illam (vt ex diuerticulo in viam
oratio recurrat) pijs omnibus Religio-
nis concordiam facilius nunc inter nos
coituram, quod Græcorum opera, à q-
bus infauita fouendæ suę Sathanicę Dis-
cordię expetiuerē aut semina, aut fomē-
ta, sese nūc videant destitutos, imò inno-
uatę doctrinę autę meritō à Catholicis
hacten^o condēnatos; à qbus suę causę in-
dubiā sibi temerē pollicebātur victoriā.
Christo igitur gratia immortalis! q sua p

Psal. 9.

consuetudine, immo verius suo ex pro-
 misso & fallere nescio & nunc laboranti
 suæ adest Ecclesiæ spōsæ, vni omniū di-
 lectissimæ; vt illud Epiniceon & hodie
 grata deo concinat, Cognoscitur Do. iu-
 dicia faciens, in operibus manuum sua-
 rum comprehensus est peccator. dum e-
 nim sacrilega serere, immo stabilire co-
 natur infælix iste Chytræus Danus Re-
 ligionis dissidia, indubium iuxta ac in-
 uictum Catholicis sua præpostera dili-
 gentia imprudēs attulit præsidium; quò
 aduersus nouata Protestantium dogma-
 ta stant inuicti, prorsusque omnibus in-
 ferorum portis insuperabiles. Ingētem
 fanè DD. Chytræo Catholici debemus
 hac de causa gratiam; quod Græcanicas
 illas nobis candidè adeò ediderit episto-
 las: quibus & Stephanum Gerlachium
 suum depingeret A Eruscatores, qui
 adnumeratis vni & alteri Græculo, in-
 quit, aliquot daleris, vt aliquam doctri-
 næ Augustanę tandem ab eis emulgeret
 concordiam, & orbem totum sua pro
 doctrina Historica, & sapientia Saxo-
 nica doceret, quonam artificio nitan-
 tur Protestantes Theologi iactatam suã
 aut frustrã conciliare, aut temere ac fu-
 tiliter stabilire concordiam, illo dudũ
 in

*Fol. 103.
 Daleri aliquot
 ad manũ Græ-
 cis datã Le-
 gato Præstã-
 tium pro Au-
 gustanæ Con-
 fessionis appro-
 batione impe-
 tranda et coe-
 menda.*

in lucem editæ Concordiæ opere infæ-
 liciter enixam. hac certè de causa Rom.
 Pontifex infesto licèt hosti suo Chy-
 træo, si me audiat cōsultorem, magnam
 debet mercedem pendere (modò ille
 hostium dona, veluti ἀδωρα, non dedi-
 gnaretur accipere) quòd istam reconci-
 liandæ internos concordiaæ adeò diligē-
 tem, solertem, atque perstrenuam naua-
 rit nobis operam; quæ non leuiter ad o-
 ptatissimam p̄ijs omnibus faciat dissidio-
 rum istorum Germanicorum compoli-
 tionē, & religiosæ inter nos fratres Ger-
 manos Christianæ Concordiæ post li-
 minio ineundæ instaurationem. Quod
 vt vt succedat saltem iuxta D. Pauli mo-
 nita carbones ignis illius cælestis; quem *Ro. 12.*
 Christus venit mittere in terrā, & quid *Luc. 12.*
 vult, nisi vt ardeat: congesserit, atq; ad-
 eò succenderit Rom. Pontifex super ca-
 put eius: qui flamma diuinitus conce-
 pta hominem ad mentis tandem reuo-
 cet sanitatem, veramque cum puro pu-
 to Christi Iesu Euangelio concordiam.
 Ad quam cū ipsi Dauidi Chytræo, tū
 coniuratis eius ad vnum omnibus nihil
 æquè profuerit, quàm si vnum hoc à
 Chytræo discordiæ Germanicæ incēto-
 re alijsq; perniciosis istius funesti schis-

matis facib⁹ impetretur, vt à priscis illis
 diuinis Græcorum huius degeneris tem
 poris Patrib⁹ Basilio, Chrysoftomo, Da
 masceno, cæterisq; orthodoxis maline
 germanã & veram Apostolicę veritatis
 doctrinã, tanquam ex purioribus, fonti
 que viciniorib⁹ riuis haurire, quã ex istis
 detritis & squalidis, ne limosis dicam sy
 phonibus, tubisq; perfluentibus emen
 dicare. Verũ cum hos Patres solidissima
 iuxta ac singularia venerandæ antiquita
 tis Christianæ columina norint suis re
 fragari peregrinis nõ minus quã impijs
 nouæ superstitionis Augustanę dogma
 tibus, malunt ad infirmiora Aegyptiaca,
 vereq; ficulnea, & eadẽ fidei suspectæ, cõ
 fugere auxilia. Quæ an nõ ipsos Prote
 stantes sua fallât spe, iam nunc his ipsis à
 Chytræo epistolis editis haud⁹ obscure
 indicarunt imo ipsis iam nũc præiudica
 runt in nostrã victoriã; diserte scribẽtes
 quòd responsionẽ ad articulos Confessi
 onis August. ipsis Græcè à Martino Cru
 sio conuersæ, Basileę impressę atq; à Ste
 phano Gerlachio disseminatę missuros
 congruentẽ cum sacris literis, & nitentẽ
 fundamẽto sincere suę fidei: quã ipse D.
 & Deus homo Iesus Christus ipsis tradi
 derit, ac postea diuini eius discipuli & A
 postoli. *His sequentia subtexuntur.*

*Promissum
 Græcorum re
 sponsum ad ar
 ticulos Græcæ
 Confessionis
 August. iam
 nunc Protestã
 tibus haud me
 diocriter præ
 iudicat vt me
 rito ipsos sui
 temerarij peni
 teat consilij.*

Fol. 67.

Fol. 43.

*Chytræus suis
 velis à Grecia
 & Syria vsq;
 petiit sese cõ
 fessij infelix.*

& emendatum, ne dicam emittitum, & ambitione argentaria haud vulgari extortum sit futurum, nisi aureis telis, pallidisque thaleris quosdam oppugnare pergant; ut illorum vi expugnati aliter in Protestantium gratiam scribant, quam animo sentiunt, aut mente auro iam pridem ad manum dato non fascinata iudicarunt.

22 Hoc enim Simonius ille Gerlachius
22 disertis verbis se agere, immo nunc ad su-
22 am, inquit, instantiam illos aliquid exactius (scilicet ac deprauatius) promississe, fol. 61. pudoris sui oblitus profite-
tur.

Cum Daleris donatis facit spem aliorum donorum Secretario Patriarchæ Gerlachius, ut responsum optatum accipiat: quem ut informauerit fatetur fol. 61.

Addit in fine lit. ad Crusium datis Gerlachius legatus, Thaleros aliquot inquit fol. 103. sese θ. ζῶγ. petenti donasse, cum spe aliorum; si diligentem operam (in responso illo Græcorum ad quaest. de Ecclesijs & fide Græcorum conficiendo) præstaret: quem fol. 101. graphiariū siue Secretarium Patriarchæ dicit, cuius opera diligenti plurimum utatur; cum doctrina & ingenio valeat, in Patribus quoque mediocriter versatus.

CAP. 28.

Istum in modum illis cum Græcis tanto dalerorum dono tentatis, tantis splendorum munerum promissis oppugnatis

tis

tis actum est à Protestantibus suum per Legatum Cherslachium, vt fauentem & conspirantem quandam suæ Confessionis Aug. emulgerent approbationem. Demus igitur, quod aliqua fortè machina efficient isti gygantes verè Babylo- nici, eos quibusdam in capitibus Religionis istis consentanea nunc docere: an propterea nobis veritas Christi erit de- ferenda? An non potius ad Ortho- xos nouitiorum Græcorum istorum Pa- tres antiquissimos erit prouocandum. Quid? an non maiores Protestantium ià pridem per annos minimum quinquaginta suis præiudicarunt hac in re vt posteris, ita degeneribus Confessionis Au- gustanæ sectatoribus? An non laudata Euangelicis plurimis, immo ipsis Prote- stantibus ad vnum omnibus prima illa suæ Confessionis Augustanæ sua Apolo- gia liquido nō minus, quam solidissimè orbi toti demonstrarunt veteres Græ- cos Patres, & Græcam etiam huius tem- poris Ecclesiam nobis Catholicis de di- uina mystici panis in corpus domini transsubstantiatione prolatis ipsorum disertis verbis, consentire? Loca non re- peto, quæ inferius sunt ad verbum re- citata diffusius. Eiusdè est exempli quod

*Ab inuictis pri-
morum Cōfes-
sionis Augustæ
næ præiudicio,
quod Græci et
ipsis & nobis
Catholicis cō-
sentiant in di-
uina mystici
panis transsub-
stantiatione.*

*Vide inferius
lib. 1. cap. 6.*

eadē in Apologia docēt de pia oratione ꝑ
fratribus vita defunctis: q̄ nos inquit,
nō prohibem⁹. ad q̄ dogma statuendū, vt
& quādā alia momēti haud leuissimi &
Latinos & Græcos allegare iā pridem nō
dubitarūt. His suorū Maiorum verbis si
audaces isti Cōfessionis Aug. Nouatores
fidē haberēt, nō ad Græcos nūc confuge-
rēt, vt sacrilegā funesti sui schismatis ru-
pturā nouis amarè dilatarēt, imò crudeli-
ter exulcerarēt exosarū dō pacis ama-
to i, atq; Cōcordiæ authori controuersia
rū pugnis: sed Euangelicę pietatis memo-
res, & cōcordiæ Christianæ studiosi, atq;
suæ morē gerentes Apologiæ primæ, in
quā pleriq; omnes iurarunt, sedulò alla-
borarēt pro reliquis cōtrouersis dogma-
tib⁹ sua cū matre Cathol. recōciliandis:
ne qua oriatur alicūdē grauior inter fra-
tres Christianos discordia: q̄ nimis diu, e-
heu miseris nobis! inter charissima vni⁹
Catholici corporis Christi viscera dirū
istū in modū certa cū pernicie grassatur.

CAP. 29.

*Ad solidam
vnius fidei cō-
cordiam ad-
hortatio.*

Cæterū Sereniss. D. Imp. cū tā infirmis
fulciatur tibicinibus isthæc Protestan-
tiū Concordia, partim inuitis extorta: si-
ue minis, prece, aut precio impetrata: par-
tim cęco auro, multisq; Thaleris empti-
tia (vti de Græculis facetur fol. 103. ipse
Stephanus Gerlachius) partim fallis ni-

xa firmamētis in hac Eccl. Cathol. queri
 monia expositis, fueri nequit, quin om-
 niū opinione citius varias in ruinas dila-
 batur. Quod metuentes sibi Protestātes
 à Græcanica Ecclesia postulare, imo emē-
 dicare, adeoq; thaleris suis coēmere sibi
 nō verenter tectoria à Chio vsque, & si
 Christo placet, à Pathmo; quib⁹ facta suēt
 Cōcordiæ pallient, tegāt, incrustent vul-
 nera. A quib⁹ Græcis cū in consentanea
 nobis maximū aliquot Religionis cō-
 trouersæ capitum sentētia repulsam tu-
 lerint, q̄ ex diametro illis dissentiant, de
 illo in primis prophano Vbiquitatis ido-
 lo, nobis verò cōlentiāt, maior in posterū
 erit quibusdā Principū (q̄ ex animo, pio
 quidē Zelo, sed non secundū Christi sci-
 entiā, flagrantes ipsum quærūt Christi
 Iesu Euangeliū magis, quā Iolosanū Ec-
 cliæ nostræ aurū) ad verā cū ipsa dei Ec-
 clesia Cathol. & Apostol. Concordiam
 procliuitas, erūtq; ipsis proniora ad sus-
 cipienda piā pro desiderata, exoptataq;
 omnibus Concordia Ecclesiæ Christi cō-
 filia, erit deniq; ipsis mens solidæ Con-
 cordiæ studiosior, & animus cōciliandæ
 paci Christianę deditior. Magnū sanè mo-
 mētū, vbi de salute agitur æterna, capit in
 hāc, vel illā partē animus Christian⁹ in
 sensum reprobū nondum traditus, serio

*In Concordiā
 cum Protestan-
 tibus reconci-
 liandam quā-
 ta eius confici-
 endæ spe iucū-
 bendum.*

*À Chio vsq; et
 Pathmo perūt
 Protestantes
 nouæ suæ per-
 fidie patrocini-
 a siculnea
 & fraudulē-
 ta tectoria.*

*Nouum Vbi-
 quitatis Pro-
 testantium i-
 dolum Græcis
 semper igno-
 tum, vbi Chri-
 stianis vbiq;
 omnibus.*

ac sedulò doctrinà verè inuestigans Euangelicam, ac germanè Apostolicam; quando videt sua in contrarium sibi euenire consilia, & quod sibi ad deprehendam Euangelij re ipsa Christiani veritatem putabat profuturum, experientia doctus, & ipsa rei veritate conuictus cogitur aduersarijs concedere, suumque errorem non minus ingenuè, quàm liquidò agnoscere.

Indubia cōcordia cum Protestatibus in eundem spes à grauisimo Eccl. Græcæ præiudicio.

Vide censurā Orientalis Ecclesie de Confessione Augustana in lucem Cracouiae editam.

Qua in spe omnium certissima nunc equidem tota mente nihil ambigente confirmor, considerans D. Dei providentiam: quæ nobis hac in meditatione laborantibus opportu nè singulari sua liberalitate quasi de machina adiutor optatissimum mihi censuræ Constantinopolitani Patriarchæ procurauit exemplum, quod si prius nostras ad manus fuisset perlatū, maiori cum fructu licuisset hac in palestra eius armis fæliciter vti. Ante annos plus minus quinque Patriarcha Ieremias à Protestantibus rogatus suam de Augustana Confessione ipsi Græcè missa xv. Maij transmisit censuram.

Quam vbi animo deuorassem, deprehendi Ecclesiam Græcanicam, à qua indubitatum sibi patrocinium, certumque contra nos pollicebantur victoriā Protestan-

testan-

testantes, capitibus minimum tringinta
 duobus aut tribus damnasse, ac nouatā
 ipsorum doctrinam nobis Catholicis cō
 sentaneè confutasse. Horum catalogum
 qui desiderat, vltimum huius querimo
 niæ caput peruoluat. videbit enim istos
 nouatores non solum variam ob impro
 bitatem egregiè à Græcis vapulasse: sed
 & pudendè imperitiæ argui, adeoque so
 phisticæ accusari fallaciæ, quod aurea D.
 Pauli verba in sensum minime Christia
 num detorqueant. Videbit & Græcos,
 licèt ambitionis studio Catholicis ali
 quot Nouatæ doctrinæ capitibus aduer
 sarios non solum nobis contra Protestā
 tes consentire de Septenario Sacramen
 torum numero, de Sacrificio Apostoli
 cæ Liturgiæ, siue Euangelicæ missæ viuis
 & mortuis propitiatorio, alijsque pluri
 mis: sed & de Confessione peccatorum
 in specie faciendâ, de piâ Sanctorū inuo
 catione, de vitæ Monasticæ præstantia,
 de votis & Sacerdotum cælibatu: adeoq;
 de illa diuina mystici panis in Sacrificio
 in corpus domini ac vini in sanguinè cō
 uersione atq; trāssubstantiatione. Certè
 qui studiosè perlegerit, agnoscat Germā
 nis diuinitus esse à Græcis schismaticis
 Apologiam doctam simul & solidam

Vide cap. 12.

Querimoniæ

Orat. 3.

33. capitibus

Protestantes

à Græcis con.

demnantur et

rare.

Censura Græ-

corum solidis

sima est Ecclæ

con=

*Catholica A-*tra suum exitiale Protestantium schis-
pologia, vera ma vtiliter admodum conscriptam.

que contra
Protestantes
victoria: quia
ab hostibus
profecta.

Fol. 225.
Fol. 3.

Numeri in
marginē re-
spondent do-
ctiss. versione
D. Stanislai.
Sem.

Ad Religio-
nis Concordiā
serio tandem
moliendam
exhortatio.

In hisce magnis ac primi nominis ad-
 eoque Principibus controuerfiarū fidei
 capitibus cū iā solis luce clarius Prote-
 stantes sint à Græcanica Ecclesia (cui se-
 se tota mente voluerūt coniungere atq;
 schismatici Patriarchæ obsequio sese
 subiicere, septē cum ea suscipientes Syn-
 odos vniuersales) nobis cōcorditer di-
 fertis verbis condēnati, imō. perspicuis
 rationib⁹ ex Dei verbo, & Orthodoxo-
 rū PP. testimonijs ac Synodis Oecume-
 nicis refutati, quis piorum non maximā
 concordix inter nos conciliandæ spem
 concipiat omnibus optatam?

Cum enim de grauioribus fidei capiti-
 bus iam pridē præclara Caroli A. Patruī,
 & Ferdinādi A. aui opera sit conciliatio
 quædam cum Protestantibus vario ad-
 modum loco in Comitijs Imperialibus
 inita, nulli desperatio debet obrepere,
 quasi irreconciliabilia illa sint reliqua.

Hanc in ré si à viris verè Euangelicæ
 Cōcordiæ studiosis, & quæ Christi sunt
 magis, quā gloriæ, quā priuati quæstus
 quā fordide pleonexias, siue immodici
 habendi studij quærentibus, serio iuxta
 ac sedulò incūbatur; equidem nihil am-
 bigo pijs omnib⁹ optatissimā hęc vnius
 fidei

fidei Catholicę toti Germanię post limi-
niò tandē singulari dei opt beneficio re-
stituendam. Nolo nunc C. Aug. illā eter *Aspe diuina*
ne in celo retributionis mercedem tibi *in celo remte.*
proponere, Beati, ait D. noster pacifici *nerationis.*
quoniā filij dei vocabuntur. Maiora e-
nim eius sunt illa merces, gloria, decus;
quam vt ieiuna & infanti nostra oratio-
ne attingenda veniant, aut delibanda.
Verū apud dulces nostros posteros quā
gloriosum simul & gratiosum; quā om-
ni Ambrosiā dulcius, quam omni necta *Aspe immor-*
re suaue. o lentius erit pij Radhulphi II. *talis apud Ger-*
nomen? qui certissimā Patrię suauiss. *manos glorię*
pestem, ac indubiam miserrimę sub du- *de restituta*
ro Turcarum iugo tyrannidis præam- *Religionis Cō-*
bulam, intestinas istas dico Religionis *cordia pijs v-*
Christianę discordias, suo enitebatur *bique omnib⁹*
studio tollere, delere, profligare? Est q- *semper opti-*
dem ea pestis pio simul & sedulo feliciū *tissima.*
Caroli V. A. Patruī, & Ferdinandi A. aui
conatu non parū debilitata, viribusque
labefactata, partim laudatissima Conci-
lij Tridentini absolute, partim priua-
to ipsorum in solidā Concordię instau-
rationem studio Zeli Christiani pleno:
sed absoluere hoc opus Heroicū Princi-
pe Christiano cum primis dignum ijs
non fuit donatum. Hanc igitur glori-
am sibi negatam charissimo nepoti suo
cum

cum fidei Catholicę; tum virtutum Heroicarum Heredi Radhulpho putarunt transmittendam: quę ipsi exoptatissima pijs vbique omnibus dicti Concilij Tridentini exsequutione fęliciter apud omnem semper posteritatem immortalis est exoritura.

Ab incomparabili reconciliata Germanis Concordiæ in Religione fructu Germaniæ nostrę.

Quanta pios Christi exsules, profligatos, spoliatos, verberatos, mutilatos, domo dei & sua exturbatos vestra Maiestas afficiet lætitia, vbi tuę ipsi opera licebit auita recuperare patrimonia. Christi cultoribus tuis pijs à maioribus, alijsque religiosis Germaniæ nostrę Principibus æternum relicta? quę nunc pharisaico Euangelij pretextu viduis, orphanis, verisque Dei cultoribus sacrilegę sunt erepta, subtracta, totumque iam seculum abalienata.

Quo exultabunt gaudio illi miselli pauperes Christi, pannis, annisq; miserabiliter ob siti, tot iam annis sua quotidiana priuati præbenda, necessarijsque trahendę vitę stipendijs ab auaro hoc vel illo semichristiano Iuliano tot iã duriss. hyemes exorbati?

Quanta erit animorum alacritas, quanta voluptas, quantę animi delitię profus Paradisiacę, vbi Catholici passim
nunc

nunc dura quadam, & plus quam Baby-
 lonica seruitute pressi, suo pro voto (quod
 non raro per Germaniam primam iter
 faciens maxstissimus audiui) desideratū
 auitæ suæ, immo Apostolicæ Religionis
 citra impedimentum omne diuinum vi-
 debunt cultum celebrari? Quàm lætas
 Christo Do. tuo Radhulphe, canent lau-
 des pij eius nominis cultores, siue Cleri-
 ci suis in Collegijs ad S. S. Canones re-
 formatis, siue Monachi suis in asceterijs
 suam ad diuinam Regulam restauratis:
 quod tua vnus tandem opera licuit trā-
 quillo corde, lætoque ore post tristia, ve-
 reque tetrica, & adeò longa silentia di-
 uinas psallere laudes? Quàm hilari vul-
 tu, nitentiq̃ splendore, ô Cæsar Augu-
 ste, tua tibi occurret Germania libera-
 tori suo, veræque libertatis Christianæ
 vindici, & glorioso victori redditura &
 merita & congrua epinicia? quam fau-
 stas tibi acclamabit voces! q̃ canoro gut-
 ture illud IO. P. A. E. A. N! tibi barby-
 to perstrepsens Lyrico personabit! Quo
 denique gestu pia mater nostra Catho-
 lica Christi Ecclesia tibi hanc gratulabi-
 tur victoriam omnium gloriosissimā!
 quando vindici suo ac verissimo Ger-
 manix saluatori (vt cum Moyse illud *Genes. 48.*

G

Iose.

Iosepho nostro meritum tribuamus e-
logion) roseas, violaceas, croceas caele-
sti manu suo de sinu ambrosio nectet co-
rollas; quibus charissimū sibi istud ex-
ornabit, imò immortalitati consecrabit
caput.

CAP. 30.
Epilogus.

Hæc, aliaque ab alijs ingenio, & ocio
abundātoribus suo tempore ac loco ex-
plicanda, cūm Cæsaream V. Maiestatem
ex hoc diuino Concordiæ afflictissimæ
Patriæ Germaniæ post longinod restitue-
dæ studio summa cum gloria, perpetua-
que immortalis virtutis laude maneat,
equidē Sereniss. V. Maiestatem Augustā
supplex rogo atq; per Christum Iesum
crucifixum obsecro, vt piā hanc, imò
tuendo, ac conseruando Rom. Imperio
tuo necessariam consultationem admit-
tere clemens digneris atque propitius;
bonisq; cōsulere. quod infimus Cathol.
Christi Ecclesię seruulus suggerendum
arbitrabar (saluo semper melius sentiē-
tium, facilioraque, siue salubriora & ef-
ficaciora pacandæ, vniendæ, sanandę no-
stræ Germaniæ adferentium remedia
iudicio) Hic enim omnibus veritati cō-
gaudens perlibenter cedo (vt & in com-
muni assolet fieri naufragio, quando ne-
lixarum quidem putatur contemnenda
sen-

sentētia, si quid fortè opportunè loquā-
 tur) salua modò Germaniæ nostræ Pa-
 trię chariss. tandem restituatur Religio-
 nis Concordia, & Canonica vitæ Cleri-
 corum & Monachorum reformatio. Quæ canonica reformatio vterit resti-
 tutæ concordia indissolubile vinculū:
 Ita & ab ea erit concordia solidò ineun-
 dæ iaciendū per Synodos Ecclesiasticas
 fundamentū: quo ad modum superius
 dictum, aut meliorem ab alijs doctiori-
 bus & sapientioribus suggerendū semel,
 aspirante Christi suum in gregē emula-
 toris Zelo sissimi gratia, iacto erunt pro-
 cul dubio meliora speranda omnia. quę
 nobis equidem non dubitarim pollice-
 ri, modò gerantur eo scopo vniuersa,
 quem paucis dudum indicabamus. quā
 viam si A. V. Maiestas aliquando in-
 gredi statuerit, verè sui nominis erit
 pheronymus, & suo pro etymo festiuū,
 latumq; Catholicæ Christi Eccle. ad-
 feret auxiliū: sed quo id celerius affer-
 re studuerit, hoc ipsa re magis suum pre-
 stabit toti Catholicæ Christi Ecclesiæ
 nomen, quod Germanis à repentino di-
 ctū est auxilio, quale D. Ezechias diui-
 no afflatus spiritu arripuit, similibus
 laborante dei domo periculis, ac tantū

*Canonica Ec-
 clesiasticorum
 reformatio e-
 rit solidū red-
 denda Germa-
 niæ concordia
 in Religione
 fundamentū,
 simul & Ro.
 Imperij sul-
 crū, atq; inui-
 ctum semper
 presidium.*

*Rad hulphus
 suo erit nomi-
 ni Pherony-
 mos,
 Rade vnd
 gerasche
 hulphe.*

non Assyrijs hostibus oppressa. Repentinā enim Religionis arbitrabatur Rex prudentiss. verusq; Dei cultor apprehēdēdam Reformationē, vti verbum Dei nobis testatur. Repente, inquit, hoc fieri placuerat pio Regi, vt submotis prophanis nouæ, ac Deo inuisæ Idololatriæ altaribus, restitutoque ministrorū dei cultu, atque Religioso ministerio, Deus vnus ille magnus & omnipotens ab omnibus quoq; religione vna diuinitus tradita coleretur. Quam ad rem si quid aut ingenio, quod nimis quā exile nobis est; aut studio, quod senio exolescit: aut labore, qui ætate totus hæbescit; aut vilo denique infirmæ licet ac imbecillis oppellæ genere auxiliij adferre queā: equidem me totum illi conficiundo iam pridem consecraui. Vnum igitur deum clementiss. Patrem supplex rogo vt A. V. Maieitati salutaria suggerat cōsilia, quibus miseram labefactatā, imò disturbatā suæ Religionis per Germaniam Catholicæ reliquias pius conseruet, ac diuulsa læthaliter hoc atrocissimo, exitiali, vereque internecino schismate membra suo propitius denuò coniungat corpori; atque vni domino suo Christo capiti clemens satagat adunare.

*Conclusio per
votum.*

Quod

Quod ut deus opt. Germaniæ Patriæ
nostræ dulcissimæ placatus tandem A.
V. Maiestati largiatur, oramus quotidie
magna freti spe; imò indubia fulti confi-
dentia; quod paterna eius clementia istā
pacem vestram Germaniæ continuare
dignatur, ut trophæum illud suū pridē
tuis à Maioribus Tridenti in optatū Ec-
clesiæ Christianæ usum, ac piā reform-
ationem certamq; Ro. Imperij tui sa-
lutem, si vel tandem sapiat, erectum pia
tua opera seriæ mandetur exsequutio-
nis quam piorum ubiq; ouium pectora
anhelis expectant pulmonibus, suas pre-
ces hanc in rem die noctuque Do. Chri-
sto fundentes, quas nemo dixerit irritas
fore, & semper vacuas; qui sui memor
est nominis Christiani. Eas autem ut be-
nignissimus Pater noster cęlestis optatis
impleat rebus, hoc omnium est votorū
finis: quorum nos citò compotes facere
dignetur propitius.

Sine his enim Rom. Imp. discordijs
plusquam intestinis conuulsum, & pau-
latim veluti neruis incis, solutisque;
compagibus inclinatum, ad ruinam
violento Turcarum, sed maiori hosti-
um Christi Hæreticorum impetu im-
pullum stare, nedum florere (nisi ad de-

*Ro. Imperij
ruina existis
Religionis dis-
sidijs inuita-
biliter formi-
danda: cui pe-
riculo per Sy-
nodū Ecclesia
sicam succur-
ratur.*

sideratam almæ Cath. atq; Apost. Christi Iesu Religionis concordiam redigatur) diu non poterit. Quod alia non fiat aut certiore, aut faciliore ratione, quam per Synodum Ecclesiasticam veteri de more secundū SS. canones cogendam & habendam, vbi & oportunè de indubitatis agatur remedijs, quibus Ro. Imperium sua mole dicam, an male consulta distractione, ac dira suorum viscerum luxatione tantum non lapsum, aut ruine inuitabili verius proximum pristinis suis restituatur virib⁹. Quod ad immortalē Cæs. Maiestatis V. gloriam cito faxit deus. verum de his aliàs, si quādo Sereniss. V. C. Maiestati forte videbitur opportunius.

*Religionis cō-
sentaneæ ope
bella sopium
tur, & discor-
dia suo relega-
tur tartaro.*

Valeat Sereniss. V. A. Maiestas nobis, Catholicæque Religionis conseruandæ, propugnandæ atque propagandæ incolumis in Christo Iesu: per quem cęlesti ordinatione dispositum est, vt Sereniss. V. Maiestas, cui tanta Reipublic. ac Rom. Imperij cura mandatur, consentanea fidei Catholicæ doctrina Deū & authorem, & amatorem veræ pietatis faciat mundum agnoscere, atque vna Religione Christi Catholica colere; cuius ope diuina beluini atque sæui
isti

isti bellorū furores & funesta huius exi- *Alma die con-*
 tialis discordiæ furia victricibus almæ *cordie vis,*
 pacis armis confringuntur; atque calcās *que sola po-*
 superbiæ colla Còcordia superat, quod *test, quod m̄a*
 fortitudo non præualet, neq; vlla *di robur non*
 ynquam potentia efficiat *potest.*
 humana.

Ruramunda xxix. Nouemb.
1581. Sereniss. V. A. Maiest. ad
omnia in Christo Iesu obsequia
semper deditis. ex animo
V Vilhel. Damasi Lindanus
Ecc. Ruramunden. indignus
Episcopus.

G 4 QVE